

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI;
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Ra 197. 8

I. N. J.

DISSERTATIO HYDROSTATICO-
CHYMICA,

^{DE}
**SOLUTIONE ET
PRÆCIPITATIONE,**

Lectionum Publicarum Præteriti
Semestris materia,
Insecuturæ

MEDICINÆ HYDROSTATICÆ

Speciminis loco præmissa.

^{Quam}
AUXILIANTE DIVINO NUMINE,

CONSENSU

AMPLISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ,

Publicæ Eruditorum Disquisitioni
submitunt

PRÆSES

JOHANNES GOTTSCHED,

Med. Licent. & P.P. Extr.

ET RESPONDENS

NICOLAUS BUCHNER, Vil. Lith.

Anno M DC XCV. d. Novembris,

IN AUDITORIO MAJORI,

Horis Antemeridianis.

REGIOMONTI, Typis REUSNERIANIS.

VIRO
GENEROSSIMO ET MAXIME
STRENUO

DN. FABIANO
ZIMMERMAN
de CIESIELSKI,

Serenissimi atque Potentissimi Ele-
ctoris Brandenburgici Militiae
Equestris Capitaneo,

Domino Hereditario in Lenhardtien &c.

PATRONO SUSPICENDO

D. D. D.

RESPONDENS.

N ** E mirare,
Capitanee Generosissime,
Quod ex castris in Patriam reduci
tenues hasce de Præcipitantibus chartas offeram.

Siquidem & Tu,
Præcipitantium more,
cum dissolutis Gallorum copiis strenue
effervescens,
ex arctissimis, quos subdole occupaverant,
poris
præcipites nuper dedisti.

More Brandenburgico
Uno impetu
& obsidionem Namurensem solvens
& Hostes præcipitans.

TIBI ergo
hae studiorum primitæ debentur,
qui inter Patronos mihi exitis Primus.

Quoties hactenus non tentavi,
Gratiam gratiis solvere?
De spe tamen præcipitatus semper,
edoctus tandem fui,
Beneficia accepta gratiis velle exsolvere,
esse Aurum radicaliter dissolvere.

Sed

Sed pervagatae Famæ Tua est Humanitas,

Capitanee Generofissime,

Beneficia in Clientes derivas,

non instar maris,

ut austro alveo in sinum refluxant,

Sed velut Gurses,

Quos vortice Benevolentia Tuae contingis,

abforbes:

Tunc demum summas Te recepisse grates autumans,

Cum,

quæ debentur, reddi non possunt.

Felicem Avitâ virtute Illustrem Ciesielkiorum

Prosapiam!

Cujus immortalis gloria hæc est:

Numerare Posteros, Majorum virtutes non æmulantes

solum,

sed & superantes!

Ast ego pariter ero felicissimus,

si,

quâ animi submissione offero,
hoc benevolentiae affectu præsentes pagellas
suscepereis.

Qui Patrocinii Generositatis Tuae non obliviscar

prius,

quam cum Mundi Machina soluta

Præcipitabitur!

DIS-

TABULA III.

Corporum Præcipitorum gravitates
proponens.

Pondus in Aëre in granis.	Pondus in Aëre in granis.	Differentiae in Aqua.	Proportio ad Aquam.
Aurum. 56. gr.	Auri. 14 $\frac{8}{10}$	4 $\frac{2}{5}$	3 $\frac{8}{10}$ ad 1.
Argentum. 37 $\frac{1}{2}$	Argent. 50 $\frac{2}{3}$	10 $\frac{1}{2}$	4 $\frac{4}{3}$ ad 1.
Cuprum. 13 $\frac{1}{2}$	Cupr. 30.	16.	1 $\frac{7}{8}$ ad 1.
Ferrum 18 $\frac{1}{3}$	Ferr. 11.	3 $\frac{2}{5}$	2 $\frac{4}{5}$ ad 1.
Stannum. 52 $\frac{2}{3}$	Stann. 30.	8 $\frac{1}{2}$	3 $\frac{9}{7}$ ad 1.
Plumbum. 59 $\frac{3}{5}$	Plumb. 30.	5 $\frac{4}{5}$	5 $\frac{15}{27}$ ad 1.
Hydrag. 124 $\frac{1}{3}$	Hydrarg. 13 $\frac{1}{3}$	4 $\frac{3}{4}$	3 $\frac{4}{3}$ ad 1.
Marcasita. 53 $\frac{1}{4}$	Marcas. 30.	9.	3 $\frac{1}{3}$ ad 1.
Mater Perl. 68 $\frac{7}{9}$	Mat. Perl. 30.	15 $\frac{1}{3}$	1 $\frac{2}{2}$ ad 1.
C. C. ust. 36 $\frac{3}{5}$	C. C. ust. 4 $\frac{3}{5}$	1 $\frac{2}{5}$	2 $\frac{5}{3}$ ad 1.
Coral. r. 53 $\frac{2}{5}$	Corall. r. 20.	10 $\frac{4}{5}$	1 $\frac{1}{2}$ ad 1.
Ocul. Cancer. 36	Ocul. 69. 20.	10 $\frac{3}{5}$	1 $\frac{27}{54}$ ad 1.
Ocul. Can. corr. 3	NB Stañ. Acet. d. 30.	9 $\frac{2}{5}$	3 $\frac{6}{23}$ ad 1.
Crystall. m. 36.	NB Plüb. Acet. d. 30.	5 $\frac{4}{5}$.	4 $\frac{1}{15}$ ad 1.

TABULA I.

*Corporum integrorum gravitates
demonstrans.*

Pondus in Aëre in granis.	Differentia in A- quā, in gran.	Proportio ad Aquam.	Cryſtalli differentiæ in Solutionibus.	Quantum de cor- pore in menſtrui parte, cryſtallo 36. gr. quoad molem æquali, ſolutum fit?	Proportio Solu- tum ad Cryſtallum.	Pondus in Aëre in granis.	Differentia in Aqua.	Proportio ad Aquam.
Aurum. 56. gr.	3 $\frac{1}{2}$	17 $\frac{1}{2}$ ad 1.	Auri in Aq. R. 17 $\frac{1}{3}$	3 $\frac{9}{10}$	17 $\frac{3}{2}$ ad 1.	Auri. 14 $\frac{1}{8}$	4 $\frac{2}{3}$	3 $\frac{8}{7}$ ad 1.
Argentum. 37 $\frac{1}{3}$	4 $\frac{1}{2}$	9 $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{3}$ -- 1.	Argent. Aq. F. 18 $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{2}$	1 $\frac{1}{8}$	18 $\frac{4}{5}$ -- 1.	Argent. 50 $\frac{1}{3}$	10 $\frac{1}{2}$	4 $\frac{4}{3}$
Cuprum. 13 $\frac{1}{2}$ $\frac{2}{3}$	15 $\frac{2}{3}$	8 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$ -- 1.	Cupr. Aq. F. 18 $\frac{1}{3}$	1 $\frac{1}{2}$	18 $\frac{8}{9}$ -- 1.	Cupr. 30.	16.	1 $\frac{7}{8}$ -- 1.
Ferrum 18 $\frac{1}{2}$	3 $\frac{1}{2}$	5 $\frac{4}{5}$ $\frac{1}{8}$ -- 1.	Ferr. Aq. F. 18 $\frac{1}{6}$	1 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$	18 $\frac{2}{9}$ -- 1.	Ferr. 11.	3 $\frac{2}{3}$	2 $\frac{4}{3}$ $\frac{1}{8}$ -- 1.
Stannum. 52 $\frac{2}{3}$	7 $\frac{1}{2}$	7 $\frac{2}{3}$ $\frac{3}{8}$ -- 1.	Stann. Aq. F. 17 $\frac{1}{8}$	2 $\frac{1}{4}$	17 $\frac{4}{5}$ -- 1.	Stann. 30.	8 $\frac{1}{2}$	3 $\frac{2}{7}$ -- 1.
Plumbum. 59 $\frac{3}{4}$	5 $\frac{1}{4}$	11 $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{15}$ -- 1.	Plumb. Aq. F. 17 $\frac{1}{2}$	2 $\frac{1}{5}$	17 $\frac{1}{5}$ -- 1.	Plumb. 30.	5 $\frac{4}{5}$	5 $\frac{1}{2}$ -- 1.
Hydrarg. 12 $\frac{1}{2}$ $\frac{3}{5}$	8 $\frac{6}{7}$	14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{15}$ -- 1.	Hydrarg. Aq. F. 22 $\frac{2}{5}$	5 $\frac{1}{2}$	22 $\frac{4}{5}$ -- 1.	Hydrarg. 13 $\frac{1}{3}$	4 $\frac{3}{4}$	3 $\frac{4}{7}$ $\frac{1}{15}$ -- 1.
Marcaſita. 53 $\frac{1}{4}$	5 $\frac{6}{7}$	9 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$ -- 1.	Marcaſ. Aq. F. 18 $\frac{1}{2}$ $\frac{2}{5}$	1 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$	18 $\frac{2}{5}$ -- 1.	Marcaſ. 30.	9.	3 $\frac{1}{2}$ -- 1.
Mater Perl. 68 $\frac{7}{8}$	2 $\frac{5}{3}$	2 $\frac{3}{7}$ $\frac{1}{8}$ -- 1.	Mat. Perl. Aq. F. 17 $\frac{1}{5}$	1 $\frac{1}{8}$	17 $\frac{4}{5}$ -- 1.	Mat. Perl. 30.	15 $\frac{1}{3}$	1 $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{8}$ -- 1.
C. C. uſt. 36 $\frac{3}{5}$	12 $\frac{5}{7}$	2 $\frac{2}{7}$ $\frac{1}{1}$ -- 1.	C. C. uſt. Aq. F. 17 $\frac{1}{2}$	2 $\frac{1}{5}$	17 $\frac{6}{5}$ -- 1.	C. C. uſt. 4 $\frac{2}{3}$	1 $\frac{2}{5}$	2 $\frac{6}{5}$ -- 1.
Coral. r. 53 $\frac{2}{3}$	20 $\frac{4}{7}$	2 $\frac{2}{3}$ $\frac{2}{3}$ -- 1.	Cor. r. Acet. d. 13 $\frac{2}{3}$	1 $\frac{1}{2}$	17 $\frac{7}{6}$ -- 1.	Corall. r. 20.	10 $\frac{1}{2}$	1 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ -- 1.
Ocul. Cancr. 36 $\frac{2}{3}$	18 $\frac{3}{5}$	1 $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{6}$ -- 1.	Oc. 69. Acet. d. 13 $\frac{3}{4}$	5 $\frac{1}{2}$	13 $\frac{8}{9}$ -- 1.	Ocul. 69. 20.	10 $\frac{2}{3}$	1 $\frac{27}{24}$ -- 1.
Ocul. Can. corr. 36 $\frac{2}{3}$	16 $\frac{1}{2}$	2 $\frac{1}{3}$ $\frac{2}{3}$ -- 1.	Aq. R. 16 $\frac{1}{2}$		16 $\frac{6}{5}$ -- 1.	NB Stañ. Acet. d. 30.	9 $\frac{1}{2}$	3 $\frac{6}{5}$ -- 1.
Crystall. m. 36.	15 $\frac{8}{7}$	2 $\frac{1}{2}$ $\frac{4}{3}$ -- 1.	Aq. F. 17 $\frac{1}{6}$		17 $\frac{2}{3}$ -- 1.	NB Plüb. Acet. d. 30.	5 $\frac{4}{5}$	4 $\frac{1}{3}$ -- 1.
			Acet. d. 13 $\frac{1}{3}$		13 $\frac{3}{2}$ -- 1.			

TABULA II.

*Corporum ſolutorum gravitates
ſiftens.*

TABULA III.

*Corporum Præcipitatorum gravitates
proponens.*

III A I H A T	II A I H A T	I A I H A T	V A C U U M
Gelehrte und gelehrte Gesellschaften	Gelehrte und gelehrte Gesellschaften	Gelehrte und gelehrte Gesellschaften	Gelehrte und gelehrte Gesellschaften
1	2	3	4
4	5	6	7
8	9	10	11
12	13	14	15
16	17	18	19
20	21	22	23
24	25	26	27
28	29	30	31
32	33	34	35
36	37	38	39
40	41	42	43
44	45	46	47
48	49	50	51
52	53	54	55
56	57	58	59
60	61	62	63
64	65	66	67
68	69	70	71
72	73	74	75
76	77	78	79
80	81	82	83
84	85	86	87
88	89	90	91
92	93	94	95
96	97	98	99
100	101	102	103
104	105	106	107
108	109	110	111
112	113	114	115
116	117	118	119
120	121	122	123
124	125	126	127
128	129	130	131
132	133	134	135
136	137	138	139
140	141	142	143
144	145	146	147
148	149	150	151
152	153	154	155
156	157	158	159
160	161	162	163
164	165	166	167
168	169	170	171
172	173	174	175
176	177	178	179
180	181	182	183
184	185	186	187
188	189	190	191
192	193	194	195
196	197	198	199
200	201	202	203
204	205	206	207
208	209	210	211
212	213	214	215
216	217	218	219
220	221	222	223
224	225	226	227
228	229	230	231
232	233	234	235
236	237	238	239
240	241	242	243
244	245	246	247
248	249	250	251
252	253	254	255
256	257	258	259
260	261	262	263
264	265	266	267
268	269	270	271
272	273	274	275
276	277	278	279
280	281	282	283
284	285	286	287
288	289	290	291
292	293	294	295
296	297	298	299
298	299	300	301
302	303	304	305
306	307	308	309
310	311	312	313
314	315	316	317
318	319	320	321
322	323	324	325
326	327	328	329
330	331	332	333
334	335	336	337
338	339	340	341
342	343	344	345
346	347	348	349
350	351	352	353
354	355	356	357
358	359	360	361
362	363	364	365
366	367	368	369
370	371	372	373
374	375	376	377
378	379	380	381
382	383	384	385
386	387	388	389
390	391	392	393
394	395	396	397
398	399	400	401
402	403	404	405
406	407	408	409
410	411	412	413
414	415	416	417
418	419	420	421
422	423	424	425
426	427	428	429
430	431	432	433
434	435	436	437
438	439	440	441
442	443	444	445
446	447	448	449
450	451	452	453
454	455	456	457
458	459	460	461
462	463	464	465
466	467	468	469
470	471	472	473
474	475	476	477
478	479	480	481
482	483	484	485
486	487	488	489
490	491	492	493
494	495	496	497
498	499	500	501
502	503	504	505
506	507	508	509
510	511	512	513
514	515	516	517
518	519	520	521
522	523	524	525
526	527	528	529
530	531	532	533
534	535	536	537
538	539	540	541
542	543	544	545
546	547	548	549
550	551	552	553
554	555	556	557
558	559	560	561
562	563	564	565
566	567	568	569
570	571	572	573
574	575	576	577
578	579	580	581
582	583	584	585
586	587	588	589
590	591	592	593
594	595	596	597
598	599	600	601
602	603	604	605
606	607	608	609
610	611	612	613
614	615	616	617
618	619	620	621
622	623	624	625
626	627	628	629
630	631	632	633
634	635	636	637
638	639	640	641
642	643	644	645
646	647	648	649
650	651	652	653
654	655	656	657
658	659	660	661
662	663	664	665
666	667	668	669
670	671	672	673
674	675	676	677
678	679	680	681
682	683	684	685
686	687	688	689
690	691	692	693
694	695	696	697
698	699	700	701
702	703	704	705
706	707	708	709
710	711	712	713
714	715	716	717
718	719	720	721
722	723	724	725
726	727	728	729
730	731	732	733
734	735	736	737
738	739	740	741
742	743	744	745
746	747	748	749
750	751	752	753
754	755	756	757
758	759	760	761
762	763	764	765
766	767	768	769
770	771	772	773
774	775	776	777
778	779	780	781
782	783	784	785
786	787	788	789
790	791	792	793
794	795	796	797
798	799	800	801
802	803	804	805
806	807	808	809
810	811	812	813
814	815	816	817
818	819	820	821
822	823	824	825
826	827	828	829
830	831	832	833
834	835	836	837
838	839	840	841
842	843	844	845
846	847	848	849
850	851	852	853
854	855	856	857
858	859	860	861
862	863	864	865
866	867	868	869
870	871	872	873
874	875	876	877
878	879	880	881
882	883	884	885
886	887	888	889
890	891	892	893
894	895	896	897
898	899	900	901
902	903	904	905
906	907	908	909
910	911	912	913
914	915	916	917
918	919	920	921
922	923	924	925
926	927	928	929
930	931	932	933
934	935	936	937
938	939	940	941
942	943	944	945
946	947	948	949
950	951	952	953
954	955	956	957
958	959	960	961
962	963	964	965
966	967	968	969
970	971	972	973
974	975	976	977
978	979	980	981
982	983	984	985
986	987	988	989
990	991	992	993
994	995	996	997
998	999	1000	1001



Yaqoubi III. Jozef KIL

J. ALLIBAULT



DISSERTATIO HYDROSTATICO-
CHYMICA,

De

SOLUTIONE ET PRÆCI-
PITATIONE.

PROOEMIUM.





Ti cæterorum omnium animalium , sic
humani corporis quoque tot organis
instruc̄tissimi actiones & operationes,
maximam partem in *Solutione & Secretione*
consistere , nemo unquam dubitavit.
Quid enim est Concoctio , quid Chylifi-
cacio , nisi assumptorum solutio & secretio ? Quid sanguinis
& spirituum elaboratio , quam Chyli affusi nova solutio , &
per tot cribra & excretoria secretione facta depuratio ? Hæc
pensiculatiū trutinans concludebam , non posse Medicina
naturam hominis perspectam habere satis , nisi Solutionis &
Præcipitationis , quæ secretionis primaria species videtur ,
naturam accuratissimè intelligat. Unde autem ejus scien-
tiā hauriet , nisi ex Chymia ? quæ ex professo de hisce
tractans tam necessaria Medico existit , quam Astronomo
Arithmetica. Hæc de causâ dictam Materiam præterito
semestri , Auditoribus meis publicè ita exposui , ut experi-
mentis semper occupatus , metallorum omnium , nec non
plurimorum mineralium & terrarum , partium animalium
item & herbarum solutiones & præcipitationes ex funda-
mentis


A

mentis hydrostaticis summâ cum jucunditate & utilitate
demonstraverim. Unde factum , ut experimentorum
numero & varietate plurima dubia , plurima nova ab
Autoribus haetenus silentio pressa detegerentur ; & ,
cum ea præsertim methodo, quæ , utpote mathematicâ,
nulla datur solidior & accuratior, iisq; instrumentis staticis,
quæ novæ prorsùs inventionis , omnes in universum libras
& stateras (quæ utut subtilissimæ , omni tamen momento
centrum gravitatis mutantes semper fallunt) antecellunt,
uteremur ; Præcipitationis scientia locupletaretur & illu-
straretur. Non dubitavi ergo laborem semel exantlatum ,
horis subcisisvis , denovo aggredi , eumque , cum à Nobilissimo
Domino Respondente , Medicinæ Cultore curioso &
indefesso continuò incitarer , pro exercitio Academico ,
præsenti dissertatione publicè proponere : ut vel exinde
constaret , quantum ad Chymicæ & Medicinæ perfectionem
Mathesis , Hydrostatica in specie , fäceret ; simulque speci-
men quoddam exquisitissimæ nostræ libræ , cuius Descri-
ptionem & usum fusori tractatu jam jam ad finem dedu-
cendo , parte I. scilicet Medicinæ Hydrostaticæ exponimus ,
traderemus. Hæc sunt , quæ monenda duximus , quibus
præmissis ad ipsam dissertationem , ejusque Caput I. per-
gimus.

ca







CAPUT I.

DEFINITIONES, AXIOMATA, ET HYPO-
THESES TRACTANS.

DEFINITIONES.

Definitio I.

Olutio est operatio chymica, quâ ipsâ, mediante liquore, qui menstruum audit, partes objecti solvendi in minutissima discerpuntur, & intra poros menstrui absorpta eidem innatant. Ut, cum Sal resolvitur in aquâ, cuprum in aquâ forti, Aurum in aquâ regiâ, &c. Est verò vel perfecta vel imperfecta.

Definitio II. Perfecta seu totatis solutio illa dicitur, quando objectum solvendum totum solvit, ut in exemplis Defin. I allatis accidit.

Definitio III. Imperfetta verò seu Partialis, quæ & Extra-
ctio audit, illa est, quâ non totum corpus, sed certæ saltēm partes ejus-
dem à menstruo solvuntur & absorbentur, reliquis intactis manentibus.
Ut, cùm mediante Spiritu Vini ex radicibus, gummatibus, lignis,
aromatibus, herbis &c. partes resinose solùm; mediante aquâ mucila-
ginose solùm & saline particulae, ex seminibus & bulbis v. g. & cineri-
bus extrahuntur &c.

Definitio IV. Subjectum solutionis seu Objectum est corpus ad
solvendum propositum, complectiturque omnia corpora mixta vegeta-
bilia animalia & mineralia, tām mollia quām solida præsertim, adeoque
maximam partem mineralia.

Definitio V. Menstruum in foro Chymico dicitur omne illud,
quod sibi soli relicturn, adeoque sine ullo alterius rei administriculo, corpus
objectum ad quantum, alterare, comminuere & resolvere valet. Quod
quamvis non raro corpus siccum sit, ut Sal armoniacum v. g. auric-
halco inspersum metallum rodens, & Mercurius vivus metalla amalg-
mans: Interim tamen usū obtinuit, menstrua $\chi\alpha\delta'$ $\epsilon\xi\chi\eta\tau'$ dici Corpora
humida. Reducuntur verò omnia menstrua communiter ad 3. genera,
Aqua scilicet, sulphurea seu Oleosa, & Salina.

Definitio VI. Aquea menstrua ista dicuntur, quæ nec de salinis,
nec oleosis particulis in tantum participant, ut vel odore vel sapore vel

inflammabilitate se prodant, quamvis ab iisdem non planè libera sint. Sub horum censem venit omnis Aqua, tām cruda quām destillata, fluvialis, putealis, præsertim pluvia, nivalis, tonitrualis, martialis, nec non ros majalis. Quibus omnibus utimur ad ea solvenda, quæ salina sunt & mucilaginosa, neutiquam resinosa; utpote ad salia lixiviosa è cineribus extrahenda & solvenda, Tincturas vegetabilium, mucilagini radicum & bulborum, nec non gelatinas animalium conficienda.

Definitio VII. *Sulphurea menstrua* sunt, quæ præter aqueas (quibus nullum menstruum vacat) sulphureis seu oleosis particulis maximam partem, salinis tamen, quamvis in minori quantitate, non exclusis, constant & inflammabilia sunt. Inter quæ primum locum tenet spiritus Vini, & qui ipsum insequuntur, omnes spiritus vegetabilium ardentes: ad resolutionem & extractionem gummatum, lacrymarum, resinarum, sulphurum, oleorum, pinguedinum &c. facientes, ipsaque mineralium sulphura, præparata tamen, & à fortioribus menstruis salinis jam soluta, aggredientes. Quibus spiritibus succedunt olea tām expressa quām destillata; uti in confectione balsami Sulphuris & Antimonii videre est.

Definitio VIII. *Salina menstrua* sunt salia cuiuscunque generis fixa & volatilia in aquā seu phlegmate cum vel sine distillatione soluta, suntque vel acida, vel urinosa. Acida partim ex regno vegetabili, eaque mitiora: partim ex minerali, eaque fortiora desumuntur. Inter vegetabilia obtinent succi acidi v. g. Citri, berberum, Cydoniorum &c. Primas tamen tenet acetum vini. Utimur iis in solvendis porosis corporibus terreis, eorumque magisteriorum, nec non Martis, Veneris, Saturni & Jovis præparationibus & extractionibus. Ex mineralibus menstrua acidosalina fortissima conficiuntur, ut Aqua fortis, aqua regia, spiritus Vitrioli, Salis, Nitri, Aluminis &c. Quibus omnia mineralia cedunt & corroduntur. Menstrua Urinosalina sunt primò omnia lixivia fortia alcalina, utpote ex Tartaro, Cinerib. Clavell. Calce vivā &c. præparata; pro extrahendo & solvendo mineralium sulphure perquam egregia. Hinc omnes spiritus urinosi volatiles, talis Armon. v. g. Urinæ, Corn. Cerv., Sangv. &c.

Definitio IX. *Insipida menstrua*, ab Adeptis uti dicuntur Philosophi magni habita, ista dicuntur, quæ omnis saporis expertia, modo agendi in corpora solvenda ab omnibus aliis menstruis differunt. Quia eadem non corrodunt & destruunt, sed in primam sui materiam, leniter,

blan-

blandè & naturaliter adeoque radicaliter, uti loqui amant, resolvunt, & irreducibilia reddunt. E quorum numero est liquor Alkahest, illud Alchymisticæ adeo decantatum menstruum universale.

Definitio X. Composita menstrua seu mixta dicuntur, quæ ex aquæ salinis & sulphureis composita sunt, & superiùs explicatis tanquam simplicioribus contradistinguntur. Utpote spiritus salis Armoniaci Vinosus, Spiritus Vini sale volatili imprægnatus & circulatus, pro mineralium omnium, Antimonii præsertim, tincturis extrahendis à Basilio Valentino, ejusque in Currum Triumphalem Antimonii Commentatore doctissimo Kerckringio tantum commendatus. Spiritus salis armoniaci anisatus, pro tincturâ Lazuli egregius: nec non omnes isti Spiritus ex multis simplicibus sulphureis & salinis, pro cuiusvis in arte tinctoriâ & Chymicâ usu & intentione preparati.

Definitio XI. Universale menstruum illud dicitur quod omnia in universum corpora resolvere valet, idem cum menstruo insipido. De quo *Defin. 9.*

Definitio XII. Particulare menstruum illud est, quod non omnia sine discrimine, sed certa saltem corpora resolvit. Qualia sunt omnia illa menstrua hactenus enumerata & in vulgus nota, exempto universali.

Definitio XIII. Effervescentia est violenta aëris ex poris particularum unius subjecti, cui alterius subjecti particulæ poris illarum ratione figuræ magis congrua admiscentur, & tanquam totidem cunei infiguntur, cum strepitu expulsio, ut e. g. quando oleum Tartari & spiritus Vitrioli confunduntur; quia particulae alcalinæ salis tartari accommodatae sunt poris vitrioli, mixtae hæc & se invicem subeuntes, ex poris suis aërem contentum cum impetu mutuò expellunt, uti ex ebullitione & spuma appetat. Et sic in cæteris effervescentiis. Ex quibus patet, fermentationem ab effervescentiâ non nisi gradu explosionis differre, quæ in effervescentiâ ob majorem & liberiorem acidi & alcali puritatem major est, quam in fermentatione, ubi contraria ista salia pluribus heterogeneis particulis obvoluta & inviscata quasi adeoque impuriora sunt. De qua fermentatione consulatur *Dissertatio nostra de Æthere & aere sanguinis §. 13.*

Definitio XIV. Præcipitatio, eaque perfecta est operatio Chymica, quæ ea corpora, quæ soluta & invisibilia quasi hærebant in

menstruo, addito alio corpore, cum texturæ, coloris & perspicuitatis turbatione, ex poris menstrui ad fundum dejiciuntur & conspicua sunt; ut cùm in proximè allato exemplo sal tartari in aquâ solutum & suspensum, dumque oleum tartari audiebat inconspicuum, addito spiritu Vitrioli, ex poris aquæ ejicitur, fundum petit & iterum conspicuum redditur. Et sic in cæteris.

Definitio XV. Imperfæta præcipitatio est, quando partes resolutæ addito novo corpore ex poris suis quidem turbantur, menstruo quoad colorem & transparentiam immutato, non tamen fundum petunt sed suspensæ adhucdum hærent in menstruo. Ut fit in tincturâ Benzoes cum spiritu vini factâ, affusâ aquâ simplici, lactescente.

Definitio XVI. Præcipitatio spontanea seu naturalis illa dicitur, quæ sine additione tertii cuiusdam corporis accidit, ut quando scorbuticorum, hecticorum & Phthisicorum urina sibi relicta turbantur, & in sedimentum rufum carneum præcipitantur; quando Lac sponte acscit & coagulatur; Tinctura anteâ clara turbantur, & feces deponunt. Quòd pertinent tandem omnes fermentationes, foeculentias deponentes, quæ uti ex *definitio 13.* patet, nihil aliud sunt quam mitiores effervescentiae & imperfectæ præcipitationes per spontaneam subsidentiam factæ.

Definitio XVII. Præcipitatio violenta seu artificialis illa est, quæ ob additum tertium, solutioni contrarium, oritur, qualis tam in perfectâ quam imperfectâ solutione accidit.

Definitio XVIII. Præcipitatio sursum abusivè præcipitatio dicta, (quamvis excusari possit, cùm nihilominus ex poris menstrui extrudantur prius, quam ascendat particulae) tunc oritur, quando particulae soluta ob quamcunque causam ex poris menstrui turbatae, & menstruo specificè leviores factæ sursum tendunt & menstruo suprnatant, uti fit in cromoribus lactis v. g. calcis, tartari, urinæ &c.

Definitio XIX. Præcipitatio deorsum eadem est quæ perfecta, ubi scilicet partes solutaæ ex poris menstrui extrusaæ & menstruo graviores factæ fundum petunt & subsidunt, uti in magisteriis Marçalitæ v. g. Lunæ, Auri, Coralliorum, Scordii &c accidit.

Definitio XX. Præcipitans dicitur illud corpus, quod solutioni additum facit, ut corpus solutum præcipitetur: ut si solutioni perlarum addatur spiritus Vitrioli, erit ille ipse spiritus præcipitator seu præcipitans perlarum resolutarum.

Defi-

Definitio XXI. Præcipitatum verò dicitur illud ipsum corpus, quod in mensuro anteà solutum, propter additum tertium, alteratum, sub formâ pulveris fundum petit & magisterium communiter nominatur, uti Magister. Corall. Matrisperlar. Saturni, Marcasitæ, Scordii, &c. Et quamvis Amalgamatio etiam sit solutionis quædam species, quâ scilicet metalla mediante hydrargyro resolvuntur & comminuuntur, adeoq; ad præsentem tractationem pertinere videatur: Nihilominus tamen cum singularem mereatur considerationem; Nos quoque ejus tractationem in aliud tempus differentes, studiò præterimus, ne in immensum præsens crescat dissertatio.

AXIOMATA.

Axioma I.

Omne corpus porosum est, æthere tamen & aëre repletum. Nulla probatione indiget hoc axioma, nihilominus tamen majoris evidentiæ causâ, quædam in medium proferenda. Omne corpus, h. c. seu solidum sit, seu fluidum seu humidum, porosum est. Ratio prima à corporum synthesi petenda. Sunt enim corpora mixta nihil aliud, quam particularum exiguarum regularium & irregularium sibi juxtâ accumbentium quædam congeries. Ex quibus sequitur, inter particulas illas constitutivas semper remanere interstitia, quaè pori dicuntur, cùm se se mutuo in omnibus punctis tangere non possint. Altera ratio ex corporum analysi desumitur; quia scilicet Corpus divisibile est in partes. Estè vero divisibile & non gaudere poris, contradictionem implicat. Si enim ambae affectiones contrariae in uno eodemque subiecto existerent, darent corporum penetratio, quod est absurdum. Deinde inductione omnium corporum porositas probatur; quod cùm Illustr. Boyleus jam in *Tentamine Porologico* luculenter præstiterit, lectorem benevolum eò remittimus. Additur verò in hoc Axiomate, quod dicti pori nihilominus repleti sint. Hoc enim nisi esset, vacui essent, quod est absurdum. Debent ergo reperi à minutissimis corpulculis. Non sunt autem subtiliora corpora quam ipse aë & ejus subtilissima portio quasi, æther, quem τὸ πνεῦμα, spiritum, nominat Hippocrates lib. de flatibus §. 5. inquiens: Omne enim quod inter Cælum & terram est, spiritu repletum est -- Et Luna hic fundamentum est & terra vehiculum, neque quicquam usquam est spiritu vacuum. Confer. *Dissert. nostr. de Æthere & Aëre*

Aëre in genere §. 4 Hæc igitur omnium subtilissima ætheris & aëris corpuscula replent ista corporum interstitia, à particularum corpora constituentium superficiebus relicta, sic ut nullus porus corporis, etiam ipsius auri & hydrargyri concipi possit, qui non subtili aëre plenus sit. Pariter cum humidis corporibus, aquâ v. g. comparatum est, in quâ h. e. in ejus poris aërem & ætherem latitare, præter consensum omnium retrò Philosophorum, pisces & eorum vesicas aërisferæ, nec non sonus, qui non nisi per aërem propagari potest, ab urinatoribus exauditus, aliaque studiò hic prætermittenda argumenta, ipsaque Hippocratis verba loc. proximè citat. evincunt, inquit: *Verum neque ipsum mare spiritu exors esse omnibus manifestum esse puto. Non enim vivere natantia animalia possent, si non spiritu participarent: quomodo autem participarent, si non per aquam Ex aquâ spiritum attraberent?*

Axioma II. Non omnia corpora iisdem poris, nec omnes pori eadem dimensione gaudent. Nemini assertio hæc dubia videbitur, cogitanti, non omnia corpora iisdem particularis primùm coaluisse, unde iisdem omnes pori resultarent: alias enim nulla inter corpora mixta daretur differentia, quæ tamen à diversâ particularum & pororum texturâ & coalitione dependet. Deinde unum idemque corpus æquilibus & ejusdem dimensionis poris constare quis adstruxerit? cum vix credibile sit, ullum corpus reperiri, quod ex meris sphætulis, cubis, tetraedris, octaedris aut cujuscunq; demum irregularis figuræ corpusculis iisque omnibus ejusdem dimensionis coagmentatum sit, ut sic ejusdem figuræ & magnitudinis pori nascantur. Quod neque de auro neque hydrargo omnium tamen corporum maximè homogeneis statui potest, quia ex differentibus terrestribus & sulphureis &c. aliis volatilioribus aliis fixioribus & p. c. subtilioribus & crassioribus conflata sunt.

Axioma III. Liquida in perpetuo sunt motu. Per liquida tamen humida præsertim, quæ fluida corpora intelligimus: quæ continuo moveri & agitari vel ex ipsâ notatione nominis, dum fluere & fluida dicuntur, patet. Præterea, quia humidorum particularē, uti ex *Axiomate I.* patet, ætheri & aëri immixtae, iisdem quasi innatant. Jam verò si aëris & æther continuo moventur, etiam fluidorum & humidorum partes perpetuo moveri, necesse est: non aliter acsi globuli lignei aquæ innatantes fluente & exagitata aquâ, cui innatant, pariter fluunt & exagitantur. Quamprimum verò moveri desinunt humida v. g. dum conglaciantur, humili-

humida esse definunt. Quia tum temporis π Regulus, calidum Aristot. & Hippocr. dictum, seu æther quibus antea exagitabantur, ob causas hic loci non recensendas fugiunt, unde & levior existit glacies. Ut sic perpetuò moveri de essentiâ sit humidi quatenus est fluidum, aër vero & æther in poris liquidorum contenti, juxta *Axiom. I.*, uti omnis sic hujus quoque motus sint cause.

Axioma IV. Aëris in corporum poris contentus condensatus est.
Scilicet respectu aëris ambientis seu atmosphærae. Hanc propositionem cum ex profeso in *Dissertat. de Æthere & aëre Chyli* jam paratâ, ubi de flatuum generationibus agendum, pertractaverimus, & aliquot experimentis Auditoribus nostris publicè demonstraverimus; Veritatem hujus axiomatis exinde aliquando petere Lector poterit, hîc pauca saltim, ne crambem bis conquamam, proponere juvat. Nimirum tunc aërem condensari viderimus, quando à corporibus specificè gravioribus premitur; nec sufficiens est elatere suo pondus sibi incumbens disjicere. Hoc vero in corporibus solidis & fluidis humidisque accidit. Ibi enim particulae mutuò sibi accumbentes ab ambiente atmosphærâ circumcirca versus centrum pressæ, aërem in poris contentum undique prenunt & compriment, qui paucus contrâ totam Atmosphærâm & corporis pondus actu nihil obtinere cùm possit, nisum tamen seu elaterem particulas corporum à centro versus peripheriam disjiciendi retinet; in fluidis vero & humidis, ob particularum rotunditatem uti in hydrargyro & glabrietate uti in aquâ, sese mutuò punctulis saltem, non superficiebus, ut solida corpora, tangentibus, finem suum quodammodo obtinet, unde perpetuus fluidorum & humidorum motus, de quo *Axiom. III.* dependet. In solidis vero corporibus neutiquam. In quibus etiam p. c. condensatio est, quam in fluidis & humidis.

Axioma V. Corpus quod solvendum est, terere oportet & comminuere. Regula Chymicis ut notissima sic observatu dignissima est. Unde etiam Tritura quedam solutionis quasi species audit à quibusdam. Hac ipsâ enim mixtum in subtilissimas partes redigitur & pori profundè latentes extravertunt menstruorumque particulis porta aperitur. Probè hoc semper observarunt chymici, adè necessarium opus statuentes, ut solutio vix ac ne vix sine triturâ contingat, præsertim in mercuriis corporum conficiendis. Quod ipse Basilius Valentinus in *Curru Triumphali Antim. pharibus locis testè quidem sed scribò inculcat. Quem insecurus*

Excell. Langelottus solā hāc ercheiresi obtinuit, quod alii hanc caute-
lam negligentes nunquam; Ut de Tincturā solis, solā singularis molæ
aureæ triturā obtentā, cuius processum vide in Epistola Langelotti de
quibusdam in Chymia prætermis ad Naturæ Curiosos Confer. Miscell.
Medic. Physic. Cur. Germ. Ann. III. Obs. 59. fileam. Plura hanc in rem
desiderans adeat Nobiliss. Boylei Appendix ad Chymistam Scepticum,
seu Experimenta circa producibilitatem principiorum Chymicorum.
Ejusque Part. IV. de Mercurii productione.

HYPOTHESES.

Hypothesis I.

Quicquid humido supernatur, est eodem levius: quod fundum petet,
gravius; quod eadem & communis superficie terminatur aut in
aque medio ubi cuncti quiescat, æquilibrium est & vice versa.
H. u. manifestum evadat, assumatur Schema I. vitrum aquâ repletum
ABC D, cui immittatur cubus EFGH ligneus. Videbimus cumdem
aque supernatare, hic v. g. tertia sui parte EHKI, duabus tertiaris IFGK
submersis. Ex quibus sequitur, suppositum Cubum EFGH esse aquâ
leviorem, & quidem tertiam sui parte, quantâ aquâ supereminet. Sic ut
specifica gravitas cubi lignei dati, ad specificam aquâ datâ gravitatem
ita se habeat, ut se habet pars cubi immersa ad totum cubum h. e. 2. ad 3.
Porro si idem hic cubus supponatur esse ex marmore vel plumbio vel
alio metallo confectus, immittaturque aquâ, fundum petet uti videre
est Schema I. cubus NOQP, & per consequens longe gravior quam
ipsa aqua. Si verò tertio supponamus, tertiam saltem prædicti cubi ex
materiâ indeterminabili conficti partem I KML v. g. à reliquo abscissam
ita aquâ insidere, ut nec fundum petat, nec extra aquâ superficiem
protuberet; sed vel communi AIKB superficie terminetur, vel etiam in
quocunque spatio LMGF v. g. quiescat, erit corpus dictum æquilibra-
tum cum aquâ, seu ejusdem specifica gravitatis, qualia corpora aquâ &
quoad molem & quoad pondus æqualia sunt pisces vivi, sursum deor-
sum, hac illac sese moventes & quiescentes, pili etiam & festucæ herbæq;
nonnullæ, ita aquâ insidentia, ut nec protuberent nec fundum petant,
uti passim in fluminibus præterlabentibus observare est. Conferat super
hanc Hypothesin Archimedes lib. t. De Insidentib. Humido. propos.
4. 5. Sc.

Hypo-



Hypothesis II. Fieri potest, us*us* corpus liquore specificè gravius fiat aquè gravè aut etiam levius eidem Liquori, & quod est levius, fiat equè leve aut etiam gravius, sine ullâ essentiâ immutatione, etiam absque aliis corporis levioris aut gravioris additione.

Paradoxa pluribus videbitur hæc hypothesis, quæ tamen debitè explicata est verissima. Quod ut clariss elucescat, scindum: Gravitatem seu gravitationem corporis nihil esse aliud, quam motum seu tendentiam corporis deorsum, sicut levitas est motus seu tendentia sursum. Hic autem motus seu tendentia, hæc gravitas seu levitas non ab insitâ, propriâ, naturali, connatâ seu activâ vi, uti plurimi contendunt, sed ab externâ violentiâ & passivâ pressione ambientium corporum dependet. Sic, ut, quo pluribus & majoribus superficiibus corpus constat, in quas pressiones exerceri possunt, eò fiat gravius, quo pauciores vero pressiones sustinet, eò levius. Eò plures vero & maiores superficies habet corpus, quod paucioribus & minutioribus particularum corpus constituentium interstitiis gaudet & poris. Sic aurum quia minutissimis poris, pluribus cont a superficiebus gaudet, gravissimum corpus est. Spongia vero, quia tota ejus moles minimam partem superficiebus, maximam poris constat, pressionem tantam corporum ambientium impellentium sustinere nequit, corpusque auro longè levius exst. Exemplo rem totam illustrare juvat sumatur *Schemata II.* libra ABCD, lancibus planis C & D, alterâ, nempe C, pluribus foraminulis vulnerata, alterâ, D, sanâ constans, suspensa ex puncto E, ad æquilibrium LM. sint præterea ambae lances ejusdem magnitudinis & ponderis. Jam supponamus utriusque lanicum æqualem & quantitatem & pondere arenæ copiam H & I, manibus F & G eodem temporis intervallo adspergi, & videbimus æquilibrium mutari ex M in B, lancemque D deprimi, lancem C vero tolli ex L in A. Causa hujus effectus manifesta est & nulla alia præter hanc: Quia lanx C amplioribus poris, arte scilicet factis, quam lanx D, naturalibus saltem & multò minoribus, atque p. c. multo minori superficie gaudet. Unde arenula manu utrinque emissæ æqualem ex hypothesis pressionem secum vehentes, illam tamen lanicum, qnam ob majorem continuam superficiem & resistentiam ob porrorum angustiam, nempe D, omnes premunt deorsum trudunt. Lancem C vero, quam non omnes atq; uile premunt, sed ex solum quæ superficiem continuam attingunt, reliquarum per poros delapsarum arenularum KK pressione quasi absorptâ & subtractâ neutiquam. Ut

eadem inter duas hanc lances ratione gravitatis sit proportio, quæ proportio est inter superficies, poros & ærenulas utrinque. Sicque generaliter ut supra scriptum: *Gravitatum specificarum differentias in pororum & superficierum multitudine & amplitudine confidere.* Falsus rem ipsam proponere & explicare instituti ratio vetat. Praesertim cum exactam gravitatis tractationem in Part. i. Medicina Hydrostatica, ubi nova librandi instrumenta proponere & eorum usum simul ostendere satagimus, brevi communicare intendemur. Ex quibus patet, nihil impedit, quod minus corpus sat grave, sine essentia interitu, alio corpore leviori fiat levius, & vice versa. Dummodo pori corporum nunc laxiores nunc angustiores & arciores & ita majori vel minori corporum ambientium & incumbentium pressioni subeundae aptiores reddantur superficies. Exemplis omnia manifestiora fient. Sumatur Auri vel Argenti colliquati massa purissima, absindatur ferrum, forcipe aut aliò idoneo instrumento pars quedam, qua aquæ imposita non minus quam tota massa submergetur, quod certum est. Quosi vero hoc ipsum aurum ab artifice mallectur, dilucatur, inque folia subtilissima, ut moris est, redigatur, sic ut omni syndone pellucidiora & porosiora evadant, eaque ipsa aqua immersantur & concutiantur, natabunt in aqua, & quiescente vitro, juxta hypothesis I. quedam frustula fundum petent (ea scilicet quæ ad æquilibratam gravitatem nondum diducta sunt), alia in aquæ medio suspendentur & quiescent, alia, raro tamen, ipsa aquæ superficie ad sensum altiora, protuberabunt. Quod ipsum curiosum fatis experimentum animadverti quondam, ubi ad aquam Apoplecticam spiritualem, in qua auri folia admixta fundum petunt (quæ nota quædam certissima spirituosa aquæ esse potest) simplices aquas cordiales miscere jussi; miratus, folia auri in aqua apoplectica fundum potentia affusis aquis simplicibus sensim magis magisque sublevari. Certo indicio, aurum sola texture, neutquam essentiae alteratione, ipsa aqua, quâ tamen decies septies ad minimum gravius est, levius redditum esse: quin ulterior diductione quovis Spiritu levius reddi posse, quamvis expertus ipse nondum sim, non sine fundamento adstruere auderem. Quod in Argento aliquis metallis pariter obtinet. Sunt quidem alii adhuc modi, sola situs & configurationis immutatione idem præstantia, ut cum ex quo vis metallo concavum factum hemisphærium instar navis aquæ supernata, aliquie &c. sed cum hi uon nisi per accidens hoc præsent, nec ad demon-

monstrationem solutionis & præcipitationis quid conferant, merito eos negligimus, & ad aliam hujus hypotheseos partem pergimus, ostensuri, *corpus levius per condensationem & angustationem pororum posse reddi gravius*. Angustatur vero & condensatur pori corporum cum augmento ponderis, sine additione novi corporis sola compressione & compactione, ut, cum ferrum, chalybs, aurichalcum, frigida non eandem circumferentia malleo super incide compactum, observamus idem illud frustum malleo compactum ejusdem ponderis esse cum non compacto, quamvis longè minoris molis existat, & sic p. c. aurichalcum compactum specificè gravius reddi non compacto. (2) *per admixtionem alterius gravioris corporis*, ut cum lignum quercinum diuturnitate temporis in aquâ detentum sit ponderosius, ut in eâ subsidat, ob aquarum & limosarum particularum poros ligni replentium additionem simili ratione, quâ arborum trunci lapidis consistentiam & soliditatem in fluvii quibusdam & fontibus indispicuntur, lignumque putridum arte per macerationem in singulari ponderoso monstruo petrifico in lapidem mutatur, quo & lignum aloes adulteratum referri potest, alia huc pertinentia exempla & experimenta ut taceam.

Hypothesis III. Vim cunei præcipua à figurâ dependet & impulsu. De acutis illis, quæ circa cuneum ejusque actionem inter Mathematicos tantum ventilantur, controversiis minimè hic solliciti, hoc saltem ad institutum nostrum apprimè faciens & ab omnibus concessum, generaliter supponimus: *Vim Cunei præcipuam à figurâ dependere & impulsu.* Quod ut manifestum evadat: Detur *Fig. III.* Lignum A B Cunco C, ex parte D E linea A D E B, secundum longitudinem solvendum seu findendum. H. u. f applicetur rostrum G Cunei C, linea D E, & desuper malleo F in caput H fiat impulsus aliquoties, tamq[ue] diu continuetur dum, cunco continuò subsidente, ligno A B continuò magis hiante, tandem, seu *fig. IV.* ostendit, dissipat. Ex quibus apparet, nisi hanc acuminatam figuram cuneus obtineret & simul à malleo F impelleretur lignum A B nunquam diffissum fore. Ut fieret, *fig. V.* si, experientia teste, loco Cunei C, cylindrus I K aut parallelepipedum quodcumque L M v. g. adhicerentur. Si vero lignum N O, *Fig. VI.* adactis in poros jami datos P Q R cuncis findendum & diffingendum sit; necesse est ut cuncis paulò majores sint ipsis poris datis, sicuti sunt cunei W X Z, non vero minores, sicuti sunt cunei S T V, alias enim, sine illâ vi lateribus pororum

inficità, inertes transcurrunt. Impulsus verò iste in cuneum non semper est necessarius sed aliquando sola illapsio & gravitatio pondusque cunei, impulsionis vices explet, ut cum cuneus ex alto decidens subiectum corpus in quod incidit diffingit.

Hypothesis IV. Saliūm, aquarūm & sulphurūm particulae figuræ cunei gaud nt. Quamvis Saliūm acrimonia gustu & vulnerum contactu deprehensibilis de eorum acumine & cuspidibus clarum præbeat testimonium: nunquam tamen satis laudandus est istorum conatus, qui saliūm figuræ per microscopia detectas orbi eruditio communicarunt. Inter quos primò mihi nominandus venit Antonius à Leeywenhoek, qui tam in Part. i. Epistolarum, Epist. i. de sale in acego Vini &c. quam in Part. ii. Epist. 8. § 9, à pag. iii. ad pag. 149. diversorum saliūm tam nudorum. quam solutoium & destillatorum figuræ depingit & describit. Quæ omnia eò tendunt, ut assertionem nostram luculentissimè comprobent. Quia omnium saliūm figuræ Cuneiformes existunt, prout adjectum Schema VII. ex Leeywenhoekio compendiosè transumptum ostendit, ubi A Sal acidum aceti utrinque acuminatum, B verò Sal ejusdem aceti fractum & prioris media pars existit. C portò sal Card. bened. D Aluminis, E Nitrum F Vitriol. Coeraleum, G Tartar. H Ciner. Smectie. sive ollarem ex Moscovia (h. est Sal fusum Cinerum Clavellatorum, uti in Moscovia preparatur) I Camphor. K Sal Jovis & Saturni L sal in Calce Lapideā, M Sal in calce ex conchis combustâ N Sal Britanicæ, Anglicanæ & Illiniceæ soudæ, O Sal Ammoniac. veluti ramusculum arboris conspicuum, repræsentant. Nec Particulae aqueæ minus formam cunei præ se ferunt. Seu ex sententiâ & observatione Cartesii Part. 4. Princip. Philos. §. 48, totidem quasi serpentuli undique flexiles sint, prout Schematice VII. num. P depinguntur, seu ex mente Leeywenhoekii in Epistol. de Sale aceti Vini superius citata p. 12. 13. omnium figurarum capaces existant. Sulphurum verò seu oleosorum particulas, tantum abest non esse cuneiformes, ut potius tot aculeis qnot ramulis & hamulis (ramosa enim & hamola eorum substantia & figura communiter statuitur) instructæ sint. Cui accedit, quod juxta Definit. VII. mænstrua sulphurea semper aquis & salinis partibus firmissimè immixta & permixta existant, adeoque & hac ratione cunei figurâ gaudeant. Sicque absolute Capite I. Principiisque ad demonstrandum necessariis Caput II. seu Theorematâ ipsa aggredimur.

CA-

CAPUT II.

THEOREMATA DE SOLUTIONIBUS ET
PRÆCIPITATIONIBUS EXPLICANS.

Theorema I.

Menstrua agunt in corpora ratione cunei. H. u. d. sumatur corpus quocunque solidum v. g. Creta, seu integra, seu juxta *Axiom. V.* in farinam subtilissimam redacta, cui affundatur acetum de- stillatum; cuius particulæ tam salinæ quam aquæ, quibus juxta *Defin. 8.* constat, cum juxta *hypothesim IV.* cunei figuræ gaudant, & juxta *axiom. IV.* in perpetuo motu sint; fieri aliter non potest, quin poris particularum creta, quibus juxta *axiom. I.* pæditæ sunt; tam proprio pondere, dum intus poris creta incident, quam molcularum aquae- rum & æteriarum, in poris, accepi, per *axiom. I.* contumaciam impetu & elatere undique impulsæ & impactæ, eosdem diffingant eodem modo, quo ligna & alia corpora mediante cuncto rumpuntur & dissiliunt. q. e. d.

Theorema II. Solutionem multum adjuvant Calor & Conquas- satio. H. u. d. cum juxta *Theor. I.* menstrua agant in corpora ratione cunei, cunei vis verò, juxta *hypotb. III.* ab impulsu dependeat; sequitur, omne illud, quod menstruorum motum augere, partes eorum exagitare & impellere valet, operationem menstruorum hoc est solutionem mul- tum juvare. Jam verò hoc præstant calor & conquassatio. Caloris enim & ignis natura & actio consistit in hoc unico, nempe in pernicissimo motu, quare etiam omnium menstruorum acutissimum & violentissimum, cui omnia ferè corpora cedunt, audit. Conquassatio verò actu motus auctus & violentus est, quo menstruum & corpus solvendum mutuò committuntur, impelluntur, & colliduntur. Ut adeò dubitandum non sit, calorem seu digestionem & conquassationem in solutionibus si non omnem, plurimam tamen paginam absolvere. Quod experientia testatur. Num Spiritus nitri Limature Luna astus lente faltem, exagitatus verò & inealescens, momento quasi Lunam solvit. q. e. d.

Theorema III. Corpora soluta in poros menstrui recipiuntur. Quod corpora solvenda à partibus menstrui, tanquam totidem cuncis in minutissimas particulas diffindantur, demonstratum est *Theor. I.* Quod sc

se autem post solutionem recipiant nunc docendum. Certum autem est, omne corpus esse in loco. Erunt ergo & haecce corpuscula soluta in certo loco; adeoque aut extra menstruum aut intra; quia praeter haec loca nullus datur. Sed non sunt extra menstruum, ergo intra. Si intra, erunt aut in eo loco, ubi ipsa corpora menstrui, aut in alio. Sed non sunt in eo ipso loco ubi partes menstrui, quia non datur corporum penetratio: ergo in alio.. Non datur vero alias locus in menstruo, praeter poros menstrui, hærebunt ergo in poris menstrui. q. e. d.

Theorema IV. Inter partes menstrui solventis & poros objecti solvendi, & vice versa, inter poros menstrui & partes corporis certa requiritur proportio. H. u. d. Ex Hypoth. III. Schem. VI patet, cuneum, ad datum porum, cui insigendus est, certam & adaequatam proportionem habere debere. Si enī cuneus nimis parvus, porus vero nimis magnus sit, & contraria; vis cunei iners perit; Proportionata igitur (Paulo scilicet major) cunei ad porum semper debet esse figura & magnitudo. Eodem modo juxta Theor. I. se res habet cum partibus menstrui solventis, tantaquam totidem cuneis, & poris objecti solvendi; & vice versa: Quia partes corporis à cuneis menstrui diffratæ, à poris menstrui absorberi debent & in eis retineri juxta Theor. III. necesse est ut pori non minores sed potius maiores paulo sint, particulis resolutis; alias recipi non possent. Patet hoc ex inductione omnium exemplorum. Sic aqua non omnia corpora solvit, sed ea solūm, quorum poris accommodatas partes, & partibus accommodatos poros habet, nempe salia, mucilagines, gelatinas &c. Olea rursus non resolvunt mucilaginosa aut salina. Nec omnia salia resolvunt omnia corpora. Sic aliud menstruum salinum pro auro, nempe aqua Regia, aliud pro argento, cupro ferro &c. nempe aqua fortis; aliud pro Antimoniō nempe singulare aliquod & specificum; aliud rursus quo Taleo, aliud pro Spialtro aliud pro Cinabari requiritur. q. e. d. Sed objici nobis hic posset, salia, nitrum v. g. alumen, vitriolum, sal commune &c. valde invicem ratione partium & pororum uti ex sapore & pondere patet, differre, nihilominus omnia promptè satis in aqua solvi. Nec non Cuprum, ferrum, argentum, marcasitas, testacea omnia &c. corpora tamen ratione texture valde diversa, æquè promptè in eadem aquâ forti solvi. Et sic pariter diversa corpora in eodem spiritu Vini. Ex quibus sequeretur, non requiri tantam pororum & partium inter menstrua & corpora con-

congruentiam. Verum facilis est responsio, scilicet, non hanc nostram
mentem esse, quasi ad singula individua singulare aliquod menstruum,
quoad omnes & singulos poros & partes, objecti solvendi poris & partibus
congruens requiramus; sed sufficere, si quidam saltem aut plerique pori
accommodati sint. Si vero nulli planè pori, nullæ partes invicem con-
gruant, ut oleoforum cum aqueis & contrà Auri cum aquâ forti &c. tunc
solutionem cessare. Quod vero exemplum de salibus afferatur, nihil sen-
tentia nostræ derogat. Concesso enim dicta salia diversis mutuò constare
poris & partibus; non desunt certè & aquæ diversæ figuræ partes & pori,
ut ex axiom. II. patet; sic quid m, ut inter salia nullum reperiatur, quod
non accommodatas partes & congruentes poros in aqua jam reperiat, uti
experientia testatur. Quo pertinet Experimentum Gassendi, quod Etmul-
lerus in Pyrotech. Ration. lib. I. Sccl. I. cap. 7. citat his verbis: *Recipie*
(Gassendus) *aquam communem, in eâ dissolvit sal commune, quantum*
poteſt recipere. Hec aqua saturata sale communi, nibilominus adhuc
recipit quantitatem proportionatam salis nitrri, hec mixtura ulce-
rius recipit quantitatem justam vitrioli, aut si adhuc addas aluminis
portionem, solvet illud. Eadema ad alterata objectionem, de diversis
metallicis & terreis corporibus in eodem specie menstruo, nempe aquâ
forti solutis petitam recedit responsio: nempe juxta axiom II. nec aquæ
forti alios pro cupro, alios pro ferro &c. poros desse, quibus recepta de-
silescant. Sicut nec aquæ regiae desunt pori quibus præter aurum, diversas
Antimonii, & quarundam maresitarum, minerarum & terrarum partes
absorbeat, uti experientia testatur. Cùm præsertim, si quantitatem
menstrui ad corpus solvendum, cuius respectu uplurimum sextuplum est
in quantitate & pondere, consideremus, impossibile videatur, in aquâ forti
sufficienter saturato non restare plurimos poros, à durioribus metallorum
partibus vacuos, in quibus certa cupri & argenti portio hærere possit. Ex
quo Theoremate IV. tria fluunt Cœnsætaria. I. Non omnia corpora in
omnibus menstruis solvi; sed adequata singulis corporibus menstrua
requiri. II. Quo major corporis respectu menstrui, ratione pororum
& particularum est convenientia, cù promptius fit solutio & vice versa:
quò promptius quid solvitur in menstruali, cù menstruum est accom-
modatius. Exemplum hoc sit: Immittatur frustum ferri & cupri eidem
aque forti, videbimus ferrum citissime, cuprum non item solvi, quamvis
ambo solvantur. III. Tantum de quolibet corpore solvitur, quantum

poris suis absorbere aptum & accommodatum est menstruum.

Theorema V. Menstruo in subjectum solvendum agente, aer ex poris tam corporis solvendi, cum menstrui solventis exturbatur, nunc cum nunc sine effervescentia.

H. u. d. in memoriam sibi revocet Lector axiom. I. quo docebatur, omnium corporum poros aere repletos esse. Quia vero juxta Theor. I. in solutione, particulae menstrui in poros corporis solvendi incunantur & particulae solutae vicissim in poros menstrui transeunt juxta Theor. III. necesse est, ut aer ipsis locum cedat & aliud se recipiat. Quorsam autem? dicam. Solutione facta totum aggregatum nihilominus est corpus liquidum, adeoq; suis quoque poris gaudet, juxta axioma I. In hos poros a prioribus tamen (quia particulae a quibus constituantur, immutatae sunt) multum differentibus, sese recipit aer paulo ante exclusus, quantus quidem spatium invenit; reliquus sub formâ bullularum, uti experientia testatur aquam pertransiens atmosphaeræ sese ingerit. Si haec aeris ex consuetis & antiquis in novos poros, & ex liquore in auras motus & commigratio blande, lentè & leniter, ut in extractionibus mediante Spiritu vini factis fieri solet, accedit, nulla effervescencia exoritur. Si vero rapidè impetuose & cum explosione quadam sibiloque evolet, juxta Desin. 13. Effervescentia subsequitur, quaet tantò major est & fortior, quò aer in poris objecti solvendi latitans est condensatior. Quia tunc temporis, vicinorum menstrui, & diffractis quasi repagulis & carceribus quibus concludebatur suique juris factus aer, magisque adhuc juxta Theor. II ab æthere ignis, mediante digestione & calore communicato, adjutus, undique sese expandit, augescit; & denegato ampliori, intra liquorem, quo se recipiat, spatio lege gravitatis sursum fertur, inque natantes solutarum partium superficies impingens & allius, tandemque in liquoris superficiem fractâ bullula erumpens, momento citius ob perticissimum ætheris & aeris motum strepitum illum edit, qui dicitur Effervescentia. q. e. d.

Theorema VI. Effervescentiae quedam calide sunt, quedam frigide, & quare?

Totâ die hoc ipsum experimur; e. g. in solutione Calcis vivæ cum aquâ simplici frigidâ, in effervescentiâ Olei Tartari p. d. cum Spiritu Vitrioli, Spirituum acidorum cum alcalinis & terrestribus corporibus, nec non Aquæ fortis, Spiritus Vitrioli, Nitri, Aquæ regiæ &c. cum omnibus me-

metallis, exceptâ Lunâ, Marcasitis, mineralibus. Ubi omnes effervescentiae cum intenso satis calore accidentunt. Contrà verò si limaturam Lunæ Cupellata h. e. purissimæ in spiritu Nitri solvas, vitrum in quo sit solutio & effervescentia, non solum non incalcescit, sed & tantum frigus concipit, ut manibus molestum sit. Causa horum Phenomenorum ut reddatur notandum: *Calorem esse motum ætheris & aëris violentum inter particulas sulphureas mutuò attritus*, sic ut p. c. corpora sulphurea solum sint inflammabilia & præter ea nulla alia & vice versa. Unde sequitur, omnia illa corpora, quibus effervescentia calida accidit, sulphure copioso gaudere debere. Quod etiam ex superioribus exemplis manifestum sit. Præfertim verò ex sequenti: Dum Olcum Vitrioli & oleum Therebinth. confunduntur. Ubi tanta caliditas oritur & effervescentia, ut nisi guttatum admiscantur sed cum impetu, inflammam vivam vix non erumpant & vitium rumpatur. Quia totum oleum Therebinthinae sulphur liquidum inflammabile existit. Dum verò Luna cupellata in spiritu Nitri solvitur, spiritus Nitri non est menstruum sulphureum sed salinum juxta *Desin. 8.* In Lunâ quoque sulphur paucissimum. Quod tūm ex solutione, quā contra omnium metallorum naturam, planè limpida & coloris expers est; cum ex facultate refrigente, quā, uti praxis docet, omnia medicamenta antecellit. Tūm etiam ex eo, quod ex Auro, cupro, marte & cæteris metallis facilis negotio præcipitatum fulminans confici possit, ex Lunâ verò non item, patet. Ipsi tamen vis fulminans à salium & sulphuris combinatione dependet, uti ex pulvere fulminante in vulgus noto, & ex tartaro, nitro & Sulphure constante, nec non auro fulminante, nitro itidem tale Armoniaco Tartaro & auri sulphure conflato manifestum fit. Dūm verò de Lunâ loquimur, non omne ipsi principium sulphureum adimimus; sed notanter dicimus, gaudere eam, paucissimo sulphure, respectu Veneris, Martis, &c. Et deinde cum certum sit, non omne menstruum æquatiter aptum esse quodlibet corpus resolvere, juxta *Consecr. I. Theorem.* IV. concludere possumus, Spiritum nitri, non ita sulphur Lunæ extroyerere, uti cæterorum metallorum. Sic nec in marte cum Spiritu nitri effervescente tantus calor excitatur, quam si solutio fiat cum oleo aut spiritu Vitrioli aut aquâ fortis. Nec de nihilo est illud experimentum; argentum pariter purissimum in aquâ fortis & spiritu Vitrioli solutum, non omni profusus calore vacare; aut ad minimum non æquè frigidum fieri,

quam in spiritu Nitrī. Ratio : quā Vitriolum, quo & aqua fortis scater, minerale sat sulphureum existit. Sequitur ergo, effervescentias tunc fieri calidas quando ex eorum subjectis sulphur la tens actu extrovertitur; frigidas verò, ubi sulphur aut planè nullum adest, aut quod adest & delitescit, non extrovertitur. q. e. d.

Theorema VII. In omni solutione tam menstrui ipsius, quam corporis quod solvit texture mutatur.

Per texturam corporis & liquoris nihil aliud quam partium & pororum numerum, magnitudinem, figuram, situm &c. intelligimus. Quibus mutatis texture quoque mutatur. Sic ligni texture mutatur, dum in carbonem vertitur, carbonis, dum convertitur in cinerem; cineris dum fit lixivium. Ferrum texturam mutat, dum ex eo fit chalybs &c. Eadem mutatio accidit in solutionibus corporum. Mutatur scilicet numerus & figura pororum quia communiquantur; magnitudo item &itus, quia mutantur pori. Menstruū pariter mutatur, ratione gravitatis & pororum, quia aer excluditur, corpora diversæ figuræ recipiuntur, & quia leviora auferuntur, graviora addantur, menstruum quoque ratione gravitatis mutatur & propter plurima talia. Ex quibus hoc fluit *Consecutarium Menstrua solutione per alia ut plurimum mutari quoad colorem.* Ut plurimum dico, non semper. Quia ad colorum mutationem, non quævis texture immutatio, sed certa, ea scilicet quæ radios solis transentes aliter varièque reflectat & refingat, requiritur. Sic videmus Lunam cupellatam in spiritu nitri solutam menstrui colorem non immutare, itemq; Mercurium in aquâ forti solutum, vix sensibilem vitedinem producere &c. Alter, ac in cæteris metallorum & corporum solutionibus fieri doceat Experiencia. Alia enim menstrua in rubrum, ut minerales martiales in aquâ forti & regiâ, alia in flavum ut aurum in aquâ regiâ; alia coeruleum ut cuprum in spiritu Salis Armon. alia in viridem ut Mars in spiritu Vitrioli &c. Colorem vertuntur.

Theorema VIII. Corpora soluta menstruo equiponderant. Sumatur e. g. Cuprum tenuissime lamellatum, cui s. q. Aque fortis assundatur. Ortâ effervescentiâ & calore, justâ V. & VI. Theor. absorbetur cuprum à poris Aque fortis & menstruum antea excolor; exruleum evadet per Theor. VII. Dico cuprum ejusque ramenta ante solutionem aquâ forti ponderosiora, factâ solutione menstruo æquiponderare. Dùm verò hoc dicimus. Probè notandum, longè aliud esse, *æquiponderare*, h.e. ejus-

ejusdem ponderis, ast diversæ molis esse; ut libra latæ & libra plumbi
æquiponderare dicuntur, quamvis mole differant. Aliud contra: *esse*
ejusdem & specificæ gravitatis h. e. & eodem pondere & eadem mole
gaudere. Sic aqua aquæ, aurum auro, plumbum plumbo, idem & de
eodem eidem specificè grave est. Nós Theorema hoc in priori sensu
sumimus, eodem modo, quo levius corpus addito graviori, gravius
leviori dum ad æquilibrium perveniat, aquæ ita innatæ, ut nec enatet,
nec mergatur instar piscium. H. ergo u. d. Quia menstruum alter tin-
ctum appareat, ut experientia testatur, & sic juxta *Theor. VII.* ejusque
concretiarum texturæ mutationem supponit, juxta *Hypoth. II.* sequitur,
cuprum ob texture mutationem aut levius esse factum aut gravius. Sed
non est factum gravius, quia non in fundo hæret aut submergitur; nec
levius, quia monstruo non supernat aut eminet. Ergo aquæ grave,
quia in quoconque dato loco menstrui quiescit; juxta *Hypoth. I.* q. c. d.

Theorema IX. Quid solutionis texturam mutat, mutat
quoque texturam soluti & vice versa.

H. u. d. Sumamus v. g. solutionem Vitrioli communis purissimam.
Huic decoctum Gallarum pariter limpidum affundamus & confessim
textura solutionis mutabitur, ex pellucido in non pellucidum, ex vi-
fcente & luteo colore in nigrum, certo indicio, liquorum texturam h. e.
particularum situm, figuram, magnitudinem, motum &c. longè aliter se
habere quam in purâ solutio Vitrioli & Gallarum solutione existebat. Si
autem hoc, ipsa quoq? solutio Vitrioli scilicet & Gallarum textura mutata
erit, non solùm quoad magnitudinem, dum concreverunt & congluti-
nata quasi sunt, sed præsertim quoad figuram & situm, dum cuspides
& aculei ejusdem, Vitrioli puta, partim à conis salis alcaliei Gallarum &
partim à lignosâ & terreli magis eorundem substantiâ, varie obtun-
duntur, franguntur, discepuntur, comminuuntur. Et vice versa: quia
Corporum solutorum supponitur diversitas, pororum & liquoris insequi
statuenda est anomalia. Si enim simile quid solutioni datae affundatur
v. g. eadem ipsa Vitrioli, Gallarum aut Cupri, argenti &c. solutio, quia
id additur, quod iisdem particulis & poris constat, nulla texturæ mutatio
insequi aut concipi potest, juxta antiquum illud *Æqualibus (homogeneis)*
equalis (homogenea) si addantur, ea que proveniunt sunt equalia,
(homogenea). Si vero contrarium quid addi supponatur, Contradicetas
illa in diversitate consistentiæ, porositatis, magnitudinis, figuræ, situs,

motus &c. consistens, texturam partium & per consequens pororum quoque, in quibus partes illae continentur, mutabit & invertet q. e. d.

Theorema X. Quicquid solutionis texturam mutat, solutum precipitat.

Solutionis texturam mutari posse, *Theoremate IX.* demonstratum est. Quot autem modis mutatio illa introducatur, & quid tandem producat, porrò dispiendium. Dantur autem quamplurimæ caulse, plurimi modi, texturam solutionum mutantes; qui tamen omnes ad duos hosce generales commode reduci posunt: Dùm aut pororum aut particularum textura turbatur, qui deinde plures speciales sub se continent. Turbatur ergò solutionis cujusdam textura:

I. *Ratione Pororum immutatorum.* Dum ii (1) quoad numerum imminuuntur, ut e. g. ex mille poris quingenti pereant. Idq; ob calorem nimium & evaporationem. Dùm solutio arenæ calidæ aut nudo igni evaporanda exponitur; ubi plurima tum aquæ cùm aëreæ particulae in auras abeunt & perduntur; sive perditis tot particulis poros constituentibus & tanto aëre poros replente juxta axioma I., plurimi quoque pori percunt. Cum verò in adæquo menstro juxta Theor. III. omnes pori particulis soluti sint repleti, necesse est ut mille poris deletis & perditis, mille particulae solutæ extræ poros sint turbatae: extra poros menstrui autem hærente nihil est aliud quām præcipitari, juxta Definit. XIV. Hoc modo præcipitantur salia ex lixiyo, calori ad eyaporandum exposito, ut crystalliscentur.

(2) *Dum pori sunt exiliores & angustiores, ob frigus exterrnum;* tunc enim exhalante materia subtili aërii poris menstrui cont. intus fit condensator & minus spatium occupat. Spatium verò quod occupat, sunt, uti dictum, pori menstrui juxta Axioma I. unde ipsi pori menstrui sunt exiliores. Si verò hoc, particulae solutæ in dictis poris juxta Theor. III. antea contentæ, cum amplum satis spatium non reperiant, angustatis menstrui poris tanquam compressæ, non aliter ac si nuclei cerasorum ex digitis foras ejaculantur, & ratione gravitatis specificæ à menstruo secedentes, nunc imperfectè nunc perfectè præcipitantur. Ut in Tincturis & urinis, dùm calebant perspicuis & claris, aëri frigido verò expositis, turbatis & præcipitatis dictorum veritatem legimus. Eadem ratio est, quod vinum Hispanicum vel quodecumque generosum hyeme frigori expositum concreseat, exclusis ex poris aqueis & undique versus cen-

centrum collectis oleosis, intra poros aqueos frigore angustatos retineri
nebū. Utī testatur Boyleus in Chymistā Scptu.

(3) Dūm pori contrā sūni laxiores & ampliores qnām anteā,
idque per digestionem, præsertim verò in vitro, ne quid exhalet,
optimè clausis. Tunc enim solutio illa vitro contenta calorique ex-
posta, plurimas particulas materiæ subtilis per vitri poros ab igne recipit,
aēr expanditur, & amplius spatiū occupat, incumbentes sibi menstrui
particulas disjicit & poros menstrui ampliores reddit. Quo facto, parti-
culæ solutæ in dictis poris anteā contentæ, cùm menstrui partes inme-
diatæ prius contingerent, nūc longius per expansionem aēris à se invicem
remotæ, non tam liquori sed aēri, multò leviori medio insidentes, juxta
leges hydrostáticas. Hypoth. I. traditas subsidunt & præcipitantur graviōres,
leviores enant. Sic si solutionem vitrioli limpidissimam in vitro her-
meticè sigillato digestioni exponas, videbis ob nimiam pororum laxi-
tatem pulverem quandam lutum versus fundum & latera præcipitari
qui pulvis terra Vitrioli à Chymicis nominatur. Similem particularum
præcipitationem in tincturis & essentiis digestis observare indies licet.
Quin pertinent ad hunc modum omnes præcipitationes mediante fer-
mentatione, cuius vis in expansione aēris & pororum amplificatione
consistit, cuiusque species quedam est digestio, oborta. Ut in Cerevisiā,
Musto animadvertisimus, Tartarum & feces, tām versus fundum quam
versus latera, h.e. circum circa præcipitata, idque mediante fermentatione.

(4) Dūm pororum figura immutatur, ex quadrangulo v.g. in
triangulum, ex triangulo in hexangulum &c. Unde necesse est, quia
juxta Th̄or. IV. accommodati pori ad soluta corpora requiruntur,
immutatis ratione figuræ poris, levi saltē accedente motu præsertim,
particulas solutas ex iisdem executi & præcipitari. Cui figurarum muta-
tioni non superiores solūm tres expositi modi, tanquam causæ opitu-
lantur. Sed motus, conquaſſatio & mutuūs particularum mediante
concussione attritus maximam partem auxiliantur. Hoc modo, per
pororum mediante concussione mutationem felicit, partes butyraceæ
ex cremore laetiſtis præcipitantur. Omnium tamen maximè pororum
menstrui configuratio mutatur addito tertio Heterogeneo aut planè
contrario, ut cum Tinctura Tartari affunditur aqua simplex; Quia con-
gruis magis poris ad sal tartari recipiendum gaudet quam Spiritus vini,
Juxta Definit. VI. sal tartari ex tincturā præcipitatur. Aut quando

Tin-

Tinctura Benzoe factæ cum spiritu vini assunditur aqua, propter pororum heterogeneitatem partes resinæ benzoe præcipitantur. Planè autem contrariis poris, gaudent Spiritus Vitrioli & oleum Tartari, unde præcipitatio vehemens cum effervescentiâ insequitur. Tantum de pororum solutionis immutatione.

Succedit II. *Illa solutionis ejusque texture anomalia, quæ partes ipsius solutionis immutantur.* Atq[ue] (1) quidem, dūm quoad numerum imminuantur mediante evaporatione, ut sic simul pororum numerus minuatur, de quo suprà. (2) Dūm particularum quantitas augetur, addito tertio. Sic si solutioni Coralliorum factæ cum aceto assundatur spiritus vitrioli; sal acidum vitrioli propter superficierum congruentiam coagulatur & conglutinatur sali aceti, unde salis acetosi quantitas augetur. Porique per consequens maiores & laxiores evadunt, ex quibus deinde partes corallinae elabuntur. (3) Ilbi particularum quantitas minuitur. Sic Mercurius vite præcipitatur ex butyro antimoniī, quia affusa aquâ salia in minutissimas particulas resolvuntur; quibus communitis, resolutis & à partibus antimonia libus separatis, hæ propriâ gravitate subsidunt. Eodem modo Cupri aliorumque metallorum solutiones, affusa largâ aqua quantitate, quâ salia resolvantur, præcipitantur. (4) *Quando partium figura mutatur*, que mutatio ab auctâ vel diminutâ quantitate, de quâ paulò ante, nec non pororum menstrui immutatione, de quâ suprà, dependet. Hi sunt præcipui mutationum modi, quibus textura solutionis ipsius menstrui præsertim alteratur. Quî quamvis omnes ad præcipitationem quid conferant, Nunquam tamen aut unus & solus, aut omnes simul in præcipitatione quâcunque occurront, sed ut plurimum aliqui conjunctim observantur, unusque alijum producit & excipit, quod de sequente Theoremate ejusmodi quoque tenendum.

Theorema XI. Quiquid soluti texturam mutat, solutum præcipitat.

Quamvis juxta Theor. IX. mutata solutione solutum quoque necessariò mutetur, adeoque vitium committere videamus & nobisinet contradicere, dūm ea, quæ ad præcedens Theorema X. pertinent & ex eo fluunt, singulare Theoremate explicare aggredimur. Nihilominus facile absolvemur; si quis probè perpendit, dari quasdam mutationes, quæ solutum magis & primò respiciunt in præcipitatione, quam men-

menstruum; unde de soluti quoque mutationibus quædam disquirenda.
Accidit verò soluti mutatio pariter tam ratione Pororum quam Particulærum. Quando (1) vel pororum & particularum numerus minuitur. Vel (2) ratione quantitatis aut augentur, aut (3) minuantur, & (4) dum figura ipsarum mutatur. Quæ omnes mutationum species gravitatis differentias inducent, unde præcipitatio. jux. Theor. VIII. H. u. d. sic argumentamur: si solutum mutatur, necessariò aut additur ipsi aliquid aut demitur, alias enim mutari non posset. Si additur, aut porosius h. e. levius erit, quod additur, aut æquè grave aut gravius. Et quæ grave h. e. æque porolum addi non potest, quia contrarium addendum est, quod mutet. Ergo aut levius aut gravius. Si levius, solutum quoque fiet levius juxta Hypoth. II. & sursum versus superficiem præcipitabitur, juxta Definit. XVIII. ut in fusione Antimonii, si ipsi aut tartarus aut Colophonium &c. addantur, corpora ipso antimonio leviora; que partibus Antimonii nubentia eas secum ad superficiem præcipitant. Si gravius, fiet gravius & juxta Hypoth. II. versus fundum præcipitabitur, per definit. XIX. Ut cum argenti solutio, mediante solutione mercurii gravioris corporis, in conf. & tione Arborum Philosophicarum sic dictarum, fundum versus præcipitatur. Si verò aliquid demitur, iterum aut levius demitur aut gravius. Si levius, uti in lactis præcipitatione, dum pars butyrofa demitur, caseofa fundum petit; aut in solutione marcasite, dum Salia metallo leviora affusa aquâ auferuntur, partes metallicæ descendunt. Si gravius, ut si caseofa pars lacti auferatur, butyrofa sursum præcipitatur; Et solutioni oleofa v. g. Aquæ Cinamomi aut anisi cum spiritu vini factæ, si aqua simplex largâ quantitate affundatur partes oleofæ sursum præcipitantur. q. e. d. Ex præcedentibus hisce Theorematibus sequentia jam fluunt Consecaria. *Consecarium I.* Quicquid menstrui poris & particulis magis congruentes habet poros & particulas, præcipitat illud, quod jam solutum minus congruentes habet poros & particulas poris & particulis menstrui. Juxta Conseq. II. Theor. IV. sequitur, quod major corporis respectu menstrui est convenientia, eò promptior fit solutio. Et juxta Theor. III. si corpus solutioni cuidam immersum solvi statuitur, solutum in poros menstrui recipitur. Si verò intrâ poros recipitur, corpus in poris antea contentum exturbatur h. c. præcipitatur. Sic, quia cuprum congruentes magis poros habet & particulas respectu aquæ fortis, quam Luna, aquæ fortis immersum Lunam solutam ex eâ

præcipitat. Et porrò mars immersus solutioni Veneris, Venerem præcipitat. Rursus marcasita præcipitat martem. Et sic in cæteris exemplis longâ inductione, si vacaret, recensendis. *Conseſtarium II.* Quod quid magis poris solutionis aduersum est, eò ad præcipitandum corpus solutum aptius est. Qu. d. Quia additum dicitur esse aduersum solutioni, texturam solutionis quoque immutabit, & p. c. juxta *Theor. IX. X. XI.* solutum præcipitabit. Cùm verò nihil adeò texturam solutionis turbare possit, quam quod plane contrariis poris & partibus constat, nihil aptius quoque erit ad præcipitationem, quam hoc ipsum. Unde porrò hoc *Conseſtarium III.* sequitur: *Corpora in menstruis acidis soluta præcipitari per alcalia & vice versa.* Hæc enim inter se & ratione pororum & partium, & magnitudinis & figuræ &c. planè differunt. *Conseſtarium IV.* Quicquid cum corpore soluto majorem habet ratione partium & pororum amicitiam quam menstruum in quo corpus jam solutum est, solutioni additum corpus solutum ex menstru præcipitat. Pariter juxta *Conseſtar. II. Theor. IV.* Sic si spiritui Vini Tartarilato aqua affundatur, quia hæc juxta *Definitionem VI.* salibus magis accommodatos poros habet, quam spiritus Vini, sal tartari ex spiritu vini præcipitat. Itemque sal tartari vino affusum propter pororum majorem convenientiam, aqueas partes ex vino versu fundum præcipitat, oleosis supernatantibus. Quin eodem modo aurum & argentum solutum, affuso mercurio vivo, propter pororum & particularum majorem congruentiam præcipitantur. Unde rursus *Conseſtarium V.* fluit: *Corpus in acido debili solutum præcipitari ab acido fortiori.* Fortius acidum enim, corpus solutum, propter majorem pororum & particularum congruentiam, promptius atripit & poros subit. Cùm verò sic textura tūm pororum menstrui, cum partium solutarum quantitas & pondus mutetur necessariò juxta *Theorema X. & XI.* præcipitatio inseguī debet. Sic, quia spiritus Vitrioli, nitri &c. cum quocunque corpore in acido menstruo solubili majorem convenientiam habet, quod ex momentanea quasi & impetuofissimâ solutione patet, quam acetum quocunque: igitur omnes solutiones cum aceto factæ, præcipitantur ab ipsis illis dictis fortioribus acidis spiritibus.

Theorema XII. Non omnem Præcipitationem comitatur Effervescentia.

Qu. d. notandum, sicuti non ex quavis texturæ immutatione

co-

coloris fit mutatio, juxta *Consecutarium Theor. VII.* Sic nec omnia solutionis turbationem h. e. Præcipitationem effervescentiam insequi. Sed certum certarum particularum concursum requiri. Sic ut particulae unius poris alterius quoad omnia exactissimè respondeant, aëque in poris contentus juxta *Axioma IV.* condeasatus violentissimè expandatur. Quod in concursu salis alcali puri cum acido puro obtinet. Ibi enim nunquam non dantur Pyramides alcalicæ, poris salium acidorum, & rhomboides acidæ Pyramidibus alcalicis exactè respondentibus; ut ex corporum talium mathematicâ collectione, nec non ipsâ effervescentiae *Definit. XIII.* hujus patet. Si vero salia illa non pura sint, sed pluribus heterogeneis permixta, uti, cùm magisteria vegetabilium mediante alumine, aut sulphur auratum Antimonii mediante aceto &c. præcipitantur effervescentia nulla subsequitur. Sicuti nec tunc, quando marcasite cæterorumque metallorum solutiones affusione aquæ simplicis præcipitantur. Ex quibus patet, non in omni præcipitatione effervescentiam oboriri, sed in illâ saltem, ubi purus & apertus salis alcali & acidi fit concursus q. e. d. Hæc de acidis & alcalibus, dùm hic æquè ac in *Definit. XIII.*, esse scilicet unius particulas poris alterius accommodatas; in præcedentis vero Theorematis *Consecutario III.* planè invicem differre adstruimus, contradictionem committere pluribus videbimus. Sed si bene verba nostra quis perpendere, nullam contradictionem, ad idem scilicet, secundum idem & eodem respectu committi apparebit. Aliud enim est dicere, res duas invicem differre poris, partibus, figurâ, magnitudine, situ &c. aliud, partes unius intrare & replere poros alterius. Sic argentum vivum, quamvis & ratione magnitudinis & figuræ & pororum &c. ab argento & auro differat, maximam tamen ratione pororum & partium habet convenientiam; cùm auri poros exactissimè repleat, nec non (quamvis non adeò exactè) argenti, minimè vero ferri. Eodem modo dicimus salia alcalia differre structurâ & magnitudine, convenire autem poris & partibus, sic ut unum aliud subeat, quod probè notandum.

Theorema XIII. *Quædam solutiones uno & simplice præcipitante non reperciuntur, sed diversis præcipitantibus simul opus habent.*

Quotidie hoc ipsum fieri observamus. Dum v. g. ex solutione scoriarum Reguli Antimonii, aut quâcunque sulphuris Antimonii mediante lixivio alcalico factâ extractione, affuso aceto præcipitatur quidem

sulphur auratum, non omne tamen, qramvis continuo acetum assundas, sed si spiritum Vini rectificatum aut salis armoniaci addas, præcipitatur iterum sulphur, majorum longè virium, alterius coloris, ponderis &c. Itemque novi aliquod singulare magisterium pluribus diversis ingredientibus in spiritu minerali solutis constans, quod neutquam simplici præcipitante repercutitur sed triplici; salino, oloso, & aquo. Qui ordo, quæ encheires nisi obseretur, neutquam voto potiri datur. Plurima Chymicis satis nota exempla proponere supersedemus. Rationem vero reddere hujus phænomeni ex nostris principiis non erit difficile. Scilicet ex *Axiom. II.* patet, unum idemque corpus diversis particulis & diversis poris gaudere, & p. c. in quovis menstruo diversæ dimensionis poros, inque corporibus diversæ quantitatis partes existere. Si autem hoc, posito, affusione tertii cuiusdam præcipitantis, poros & partes solutionis, juxta *Theorema XI.* mutari, & corpus solutum præcipitari: non tamen omnes in universum, aut in totum mutabuntur, sed remanebunt quidam pori, quædam particulae immutatae ab isto præcipitante in menstruo, sicut manent, quædam particulae intactæ à menstruo & quidam pori vacui à corpore soluto, juxta *Conseq. II. Theor. IV.* Unde mirum non est, alio à priori diverso præcipitante affuso, quod poros & particulas int: non mutatas alterare aptum sit, tunc demum reliquum præcipitari, & sic consequenter. q. e. d. Unde sequens nota magnum aliquando usum habebit. scilicet: ubi solutio alcalibus præcipitanda præcipitari non vult, addi acidum præcipitans debet & vice versa. Sic enim dum juxta *Theor. XI. Conseq. II. III.* contraria præcipitantia invicem effervescent; solutionis textura necessariò resolvitur & solutum in apricum ducetur. Hoc in illis exemplis, qua Excell. Bohnius ex Boyleo *Dissert. Chym. XV. de Secretione* §. 32. in fine recenset, marcastram in spiritu urinoso solutam, spiritu acido, itemque Cuprum in spiritu salis solutum; mediante spiritu urinoso non præcipitari, si quoque observetur; & ibi quidem oleum Tartari, hic spiritus Vitrioli, utrique vero in fine *Aqua simplex* (quod in omnibus ferè præcipitationibus ritè peragendis observantur monco) affundantur: Præcipitatio ex voto succedit. Et sic in reliquis.

Theorema XIV. Omne corpus arte præcipitatum, ex menstruo & præcipitante participat, & à corpore ad solvendum proposito & soluto multum differt.

Arte præcipitatum illud dico corpus, quod non sponte & naturaliter, sed vi-

violentè & addito tertio præcipitatum est, uti ex *Definit.* 16, 17. patet. Hoc ergo præcipitatum corpus mixtum & à pristino corpore differens esse astero. Q. u. d. Ponamus, præcipitatum hoc nec de præcipitante nec præcipitato participare, nec à corpore soluto differre: sequetur ergò, planè non esse immutatum. Si autem hoc, hæredit adhuc in poris menstrui q. e. absurdum; quia supponitur esse præcipitatum. Si autem est immutatum juxta *Theorema XI.* aut auctum erit, aut immutatum. Si auctum, augmentum à se ipso habere non potest, ergo ab alio; non adeò autem aliud, quam menstruum & præcipitans. Ergò ab his participabit & à corpore soluto discrepabit. Si verò concedamus, quod tamen falsum est, immutatum esse; Pariter tamen differet à corpore soluto & ad solvendum proposito q. e. d.

CAPUT III.

PROBLEMATA DE SOLUTIONIBUS ET PRÆCIPITATIONIBUS DOCENS.

*Probl. I. Corpora solida & liquida hydrostaticè
expendere.*

Antequam ad sequentia de solutionibus & Præcipitationibus problema transfeamus; opera pretium ducimus quædam de modo corpora solida & liquida hydrostaticè expendendi, qui non adeò in vulgo notus, nobis tamen ad propositum negotium necessarius est, præmittere. Est vero Hydrostatica ars quædam gravitates corporum in humido medio seu aquâ expendendi & determinandi, statica, quæ gravitates in aëre examinat, longè accuratior. Plurimi jam ex veteribus, inter quos Archimedes, Marinus Gethaldus, & è neotericis magis Illuftr. Boyleus præcipui, hâc de re commentati sunt. Ex quibus breviter optimos modos excerpimus. Primò itaque de solidis corporibus solliciti sequentem in modum ea trutinamus. Detur *Schem. VIII.* corpus quodcumque solidum v. g. globus Crystallinus E hydrostaticè examinandus H. u. f. (1) accuratâ bilance ABCD iuspensa in puncto P in aëre prius h. e. communi more expendatur & valor ejus O notetur (2) alligetur pilo equino F, & hoc mediante ipsi lanci D quoque ejusque medio D, addito, quantum pilus fortè valet, contrapondio N (3) supponatur globo huic vitrum

D 3

aut

aut quodcumque vasculum GHIK ita, ut ex lance D dependens globus E
medium altitudinis ejus LM contingat. Dein vasculo aqua purissima
infundatur eò usque, ut globus in eà mergi possit. Ubi notandum,
quamprimum affusa aqua globum crystallinum contigerit, & plus affu-
sum fuerit, globum in altum elevari & æquilibrium mutari. Hoc ut
restituatur (4) tantum ponderis lanci D cui globus E adhaeret adde, aut
alteri deme, dum æquilibrium restitutum fuerit; notato pondere addito Q
aut ablato. Quod à priori subtraætum dabit pondus specificum crystalli
respectu aquæ, in quâ ponderata fuit. Simili modo ponderantur omnia
corpora solida, aquâ specificè graviora. Si verò corpus ad ponderandum
propositum, minutioribus frustis, uti fragmenta lapidum preciosorum
constet, aut planè in pulverem redactum sit, aut in aquâ, uti vitriolum
alumen &c. solubile, aut etiam aquâ specificè sit levius, alia ratione examen
instituendum. Quâ de re consuli potest Boyleus in Medicinâ Hydrostati-
câ. Nos qui incidenter saltem hac tractamus, plenior em instructionem
brevi promittimus. Si verò corpus sit liquidum aut humidum, cuius
specifica gravitas detegenda, alio modo operatio instituenda. Scilicet
eligatur corpus solidum, durum, glabrum & quoad fieri potest maximè
incorruptibile v. g. idem globus crystallinus suprà à nobis usurpatus. Quia
hic solo hydrargyro excepto omnibus liquoribus propositis sine dubio
est gravior. Hoc itaque corpus eodem modo in aëre, nec non in liquore
proposito h. e. v. g. aquâ simplici, uti factum jam est examinetur. Diffe-
rentia h. e. pondus additum vel subtractum, dabit pondus specificum
liquoris propositi, hic autem aquæ, respectu crystalli. Ex quibus sequitur,
eadem operatione & corporis solidi & liquidi, specificam gravitatem in-
vestigari posse. Tantum enim liquor (aut ejus portio potius h. e. tanta
moles, quæ ratione dimensionis & magnitudinis corpori solidi immerso
unâ cum portione pili equini immersi æqualis est) ponderat, quantum
corpus solidum in liquore minus ponderat, quâ in aëre h. e. quanta
inter gravitates in aëre & in liquido deprehenditur differentia, quam
aqua dicta portio, ejusque moles & pondus explent. Sic quia globus
crystallinus propositus in aëre expensus ponderabat 36 grana, in aquâ
verò $22\frac{7}{5}$. gran. differentia $13\frac{8}{5}$. gran. dabit pondus aquæ propositæ
tantæ molis, quanta est globus crystallinus, eritque inter propositum
globum crystallinum & aquam ratione specificæ gravitatis ea proportio
quæ est inter 36. gr. & $13\frac{8}{5}$. gr. seu $2\frac{13}{25}\frac{4}{5}$. gr. & 1. gran. Sufficit succincta
hæc

hæc methodus corpora quæcunque proposita solida & liquida hydrostaticè examinandi ad sequentia problemata intelligenda, ad quæ pergitus.

Probl. II. Aurum solvere, præcipitare & præcipitatum hydrostaticè expendere.

H. u. f. $\frac{1}{2}$ Auri per Antimonium depurati, laminati, candefacti & in frustula disiecti juxta *Axiom. V.* q. s. huic in cucurbitulâ affunde Aquæ regia $\frac{3}{5}$ aut q. s. Expone calori juxta *Theor. II.* & levi factâ effervescentiâ juxta *Theor. V.* aurum corrodetur, & in poros menstrui juxta *Theor. III.* & *Defin. I.* receptum eidem innatabit, menstruumque colorem aureum induit juxta *Conseq. Theor. VII.* Solutioni huic præcipitandæ, juxta *Conseq. III. Theor. XI.* affunde guttatum Oleum Tartari p. d. ad punctum saturationis. & obortâ effervescentiâ juxta *Theor. XII.* & *Defin. XIII.* colore luteo disparente, additâ aquâ simplici, præcipitabitur pulvis aureus ad fundum, qui edulcoratus l. a. dicitur Magisterium Solis seu Aurum fulminans. In hoc problemate menstruum seu Aqua regia respectu crystalli ita se habuit ut $\frac{15}{27}$. ad 1. solutio auri ut $\frac{173}{350}$. ad 1. Aurum ipsum verò hydrostaticè expensum ad aquam simplicem habuit proportionem, qualem habent $17\frac{1}{2}$. ad 1. Præcipitatum seu Aurum fulminans verò, ut $3\frac{8}{5}\frac{1}{3}$. ad 1. q. e. f.

Probl. III. Argentum solvere, præcipitare, & præcipitatum hydrostaticè examinare.

H. u. f. Recipe Argenti cupellati limati $\frac{3}{5}$, affunde Aquam fortè debite depuratam q. s. Ortâ effervescentiâ, sine notabili tamen calore, juxta *Theor. VI.* colorisque immutatione, solvetur. Cui solutioni filtratae si juxta *Conseq. IV. Theor. XI.* addas Mercurii vivi q. s. & vitrum probè concutias, argentum solutum, sine effervescentiâ colorisque mutatione, præcipitabitur versus fundum & fieri amalgama, quod l. a. à Mercurio partim expressione per corium, partim ignitione liberatum, dabit pulvrem coloris perlati, magisterium Lunæ dictum. Hic ergò menstruum, Aqua fortis scilicet, ad crystallum se habuit ut $\frac{173}{350}$. ad 1. solutio argenti ut $\frac{184}{365}$. ad 1. Argentum verò ipsum ad aquam simpl. ut $9\frac{2}{4}\frac{3}{5}$. ad 1. Magisterium verò ut $4\frac{70}{3}$. ad 1. q. e. f.

Probl. IV. Cuprum solvere, præcipitare & præcipitatum hydrostaticè ponderare.

H. u. f. $\frac{1}{2}$ Cupri purissimi limati $\frac{3}{5}$, huic affunde Aquam fortè q. s.

q. f. & obortâ effervescentiâ maximâ cùm summo calore, menstruum solutione peractâ colorem cyaneum induet. Huic si frustrum ferri politi iadas, juxta *Conseq. i. Theor. XI.* ferrum ortâ effervescentiâ calidâ corrodetur, & colore cœruleo menstrui in viridem mutato, cuprum partim ad fundum, partim ad ferri latera, instar squamularum subtilissimarum præcipitabitur, quæ squamulae aquâ simplici edulcorari & siccari possunt. Alio autem modo præcipitatio contingit, si solutioni sensim affundas hîc v. g. Lixivium Calcis vivâ, & vix perceptibili insequente eff. rvescentiâ, excutietur cuprum ex poris menstrui, colore cœruleo in subviridem transmutato, affusâque aquâ simplici in largâ quantitate fundum petet, quod edulcoratum, siccatum & tritum Magisterium Veneris dicitur virescentis coloris. Hîc ergò menstruum, Aqua fortis scilicet, cum priori eandem respectu crystalli habebit proportionem; solutio veneris ut $\frac{182}{375}$. ad 1. Cuprum ipsum verò ad aquam ut $\frac{82}{57}$. ad 1. præcipitatum seu Magisterium ut $\frac{17}{5}$. ad 1. Potest alio quoque modo, scilicet mediante aceto destillato cuprum resolvi, & in flores viridis æris præcipitari, uti notum est.

Probl. V. Ferrum solvere, præcipitare & præcipitatum hydrostaticè expendere.

H. u. f. p. ferri in tenuissima fila chordasque redacti 36. gr. Huic in vitro capaci affunde aquæ fortis q. f. ortâ effervescentiâ & calore intensissimo solvetur mars & solutio rubicundissimum colorem assument. Cui filtratæ si quodecunque lixivium alcalinum calcis vivæ v. g. affundas, ortâ minimâ (aliter autem se res habet, si oleum tartari p. d. adhibeatur) ebullitione, juxta *Conseq. III. Theor. XI.* præcipitabitur pulvis croceus, qui edulcorandus siccandus & terendus. Ergo solutio Martis ad crystallum erat ut $\frac{182}{375}$. ad 1. mars ipse verò ad aquam ut $\frac{525}{48}$. ad 1. præcipitatum ut $\frac{245}{55}$. ad 1. q. e. f.

Probl. VI. Stannum solvere, præcipitare & præcipitatum hydrostaticè examinare.

H. u. f. p. Stanni Angliei in frustula dissecati, aut in concava hemisphæriola l. a. granulati 3j. Cui affunde aquam fortem q. f., guttatum saltem: & violentissimâ ebullitione, teterrimo vapore caloreque intensissimo ut vitrum ferè rumpatur, obortis, pars quedam stanni soluta absorbebitur à menstruo, maxima verò pars sub formâ calcis albissimæ resoluta in fundo remanebit. Solutio filtrata limpida præcipitari potest

per

per spiritum Vitrioli, quamvis, leni ebullitione in sequente parum albi pulvris fundum petat, qui edulcorari potest sub nomine Magisterii Jovis. Calx vero ista per se fundum petens edulcorata pariter Magisterium Stanni dicitur. Solutio ergo in aqua forti facta ad crystallum se habet ut $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$ ad 1. Stannum vero ad aqua ut $7\frac{3}{8}$ ad 1. Calx per se precipitata ut $3\frac{2}{7}$ ad 1. Magisterium Jovis officinale contraria, quod in aceto destillato digestum & solutum mediante alumine precipitatur, ut $3\frac{6}{7}$ ad 1. q. e. f.

Probl. VII. Plumbum solvere precipitare & precipitatum hydrostaticè trutinare.

H. u. f. Cum plumbum per se difficillime solvatur, hinc calcinati plumbi 12. 3j. cui affunde Aquam fortē q. s. guttā tamē, & magnā obortā ebullitione, pars minima à menstruo absorbebitur, maxima, soluta tamē, sub formā albi pulvris fundum tenebit, qui edulcorandus. Solutio vero limpida, affuso spiritu Vitrioli precipitabitur, sed vix notabilē quantitate. Alter quoque Calx plumbi digeritur cum aceto destillato pro Saccharo saturni, & mediante alumini solutione precipitatur, in album pulvrem qui edulcoratus magisterium saturni officinarum usitatum audit. Hic igitur solutio in aqua forti facta deprehendebatur se habere ad crystallum ut $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$ ad 1. Plumbum ipsum ad aquam simplicem ut $11\frac{2}{3}\frac{1}{7}$ ad 1. magisterium per se precipitatum ut $5\frac{1}{2}\frac{1}{7}$ ad 1. magisterium officinarum vero ut $4\frac{1}{2}\frac{1}{7}$ ad 1. q. e. f.

Probl. VIII. Hydrargyrum solvere, precipitare & precipitatum hydrostaticè expendere.

H. u. f. Argenti vivi 3ij quibus affunde aquam fortē q. s. & subito calori expone, (alijs NB quicquid de Mercurio solvit, sub formā salini pulvris albi sponte precipitabitur) & confessim solvetur, sine magna effervescentia tamē aut spuma productione: solutio quoq; limpida & purissima nec calida evadet. Quæ si juxta Theor. XI. modum 1. & 3. num. 1. evaporetur propter pororum paucitatem & laxitatem sensim precipitabitur in pulvrem, qui calori expositus magis magisque rubescit, edulcoratusque & siccatus, Mercurius precipitatus ruber dicitur. Habet autem solutio Mercurii ad crystallum ita ut $\frac{2}{3}\frac{2}{7}\frac{1}{8}$ ad 1. Hydrargyrum vero ad aquam ut $14\frac{1}{2}\frac{1}{8}$ ad 1. Precipitatum rubrum ut $3\frac{4}{7}\frac{1}{7}$ ad 1. q. e. f.

Probl. IX. Marcasiam solvere, precipitare & precipitatum hydrostaticè examinare.

E

H. u. f.

H. u. f. R. Marcasitæ pulverisatæ $\frac{3}{4}$, affunde aquæ fortis q. s. in vitro capaci. Ortæ effervescentiæ calidissimæ & vehementissimæ solvetur omne, & solutio colorem subvirescentem acquiret. Cui si iuxta Theor. XI. num. 1. modum 4. & num. II. mod. 3. & 4. aquam simplicem largâ quantitate affundas, pulvis albus magisterium marcasitæ dictus fundum petet, quod porrò edulcorandum & siccandum est. Solutio marcasitæ igitur ad crystallum se habebat ut $\frac{120}{380}$ ad 1. marcasita verò ipsa ad aquam ut $\frac{9\frac{1}{4}}{2\frac{1}{4}}$ ad 1. magisterium ut $\frac{3}{2}$ ad 1. q. e. f.

Probl. X. Matrem Perlarum & Cornu Cervi ustum solvere præcipitare & præcipitatum hydrostaticè expendere.

H. u. f. R. Matris perlarum pulveris. $\frac{3}{4}$ Aque fortis q. s. & mox ortæ effervescentiæ, non tamen calidâ ad sensum, solvetur totum. Solutioni filtratae subvirescenti additum Oleum tartari p. d. & ortæ effervescenti pariter frigidâ ob sulphuris absentiam juxta Theor. VI pulvis albus fundum versus præcipitabitur, edulcorandus, sub titulo, magisterii matris perlarum. Idem obtinet in solutione & precipitatione Cornu Cervi usci. Hydrostaticè dicta corpora examinantes, deprehendimus solutionem matris perlarum se habere ad crystallum ut $\frac{174}{380}$ ad 1. matrem perlarum ipsam ad Aquam ut $\frac{2\frac{7}{8}}{3\frac{7}{8}}$ ad 1. Magisterium verò ut $\frac{1\frac{2}{3}}{2\frac{1}{3}}$ ad 1. Solutio Cornu Cervi usci erat ad crystallum ut $\frac{176}{380}$ ad 1. C. C. ustum ipsum ad Aquam ut $\frac{2\frac{5}{7}}{2\frac{7}{7}}$ ad 1. magisterium ejus ut $\frac{2\frac{5}{7}}{2\frac{7}{7}}$ ad 1. q. e. f.

Probl. XI. Corallia & Oculos Cancri solvere præcipitare & præcipitatum hydrostaticè examinare.

H. u. f. R. Corall. rubr. pulveris. $\frac{3}{4}$ affunde ipsis juxta Definit. V. acetum destillatum q. s. in vitro capaci, lente tamen, & maxima exortetur effervescentia, quo facto vitrum juxta Theor. II. expone digestioni per 24. horas & maxima pars solvetur. Solutionem filtra, & affuso spiritu Vitrioli q. s. juxta Consect. V. Theor. XI. leni comite ebullitione pulvis albus quantitate auctus, ad fundum præcipitabitur, qui edulcoratus & siccatus magisterium Coralliorum dicitur. Simili ratione paratur magisterium Oculorum Cancri. Quia ergo Acetum destillatum à nobis usurpatum ad crystallum se habuit ut $\frac{1\frac{3}{3}}{3\frac{8}{8}}$ ad 1. solutio Corall. verò ut $\frac{1\frac{3}{7}}{3\frac{8}{8}}$ ad 1. Corallia ipsa ad aquam ut $\frac{2\frac{9}{3}}{2\frac{1}{3}}$ ad 1. Magisterium corundem verò ut $\frac{1\frac{1}{2}}{1\frac{2}{3}}$ ad 1. Solutio Oculorum Cancri vicissim ad crystallum ut

$\frac{132}{380}$

$\frac{1}{3} \frac{8}{10}$ ad 1. Oculi Cancri ipsi ad aquam ut $\frac{1}{3} \frac{1}{10}$ ad 1. eorundem magisterium ut $\frac{1}{3} \frac{7}{10}$ ad 1. q. c. f.

N.B. Corallia & Oculi Cancrorum eodem modo in aquâ forti solvi possunt & precipitari; sicut etiam Mater perlarum & Cornu Cervi ustum in acetô destillato, uti communiter in Pharmacopolis accidit. Hæc saltem differentia est, quod Aqua fortis aut etiam Spiritus Nitri totum solvat, acetum destillatum vtrò maximam partem saltem.

Probl. XII. Tabularum Hydrostaticarum rationem & usum explicare.

Ut corporum nondum solutorum, solutorum, & præcipitatorum proportio & gravitas eò melius percipi posset, lubuit totum negotium in compendio quasi per tabulas adjectas obtutui sistere, quarum usus sequens est. *Tabule I. Columna 1.* Corporum à nobis in praesenti tractatu ad solvendum propositorum gravitates in aëre detectas sistit. *Columna 2.* Differentias gravitatum in aquâ exhibet: seu, uti ex *Probl. I.* patet, quantum minus quodlibet corpus propositum in aquâ adhibitâ pendeat. Quæ differentia si à pondere in aëre subtrahatur, invenitur pondus in aquâ. v. g. quia aurum in aquâ differentiam gravitatis habuit $3\frac{1}{2}$ si hæc à pondere in aëre, quod fuit 56. gran. subtrahantur, residuum $52\frac{1}{2}$ dabit pondus auri in aquâ. Satius autem duximus, contrà quam Boyleus & alii faciunt, in examine hydrostatico (*vide in Schem. Fig. VIII*) lanci D pondus addere, quam lanci C detrahere, donec corpus E in aquâ expensum cum pondere lancis Cad æquilibrium perveniat: cuius jam in *Probl. I.* facta est mentio. Quia sic additum illud pondus statim differentiam gravitatis in aëre & aquâ exhibet, nec non ipsam aquæ aut adhibiti liquoris, seu partis ejus tantæ molis, quantæ corpus immersum est, pondus. Per quod seu per quam differentiam si pondus corporis in aëre, hic v. g. 56. per $3\frac{1}{2}$. dividantur, quotiens $17\frac{1}{2}$ in *Columna 3.* notatus, dabit proportionem corporis expensi ad liquorem in quo expensum est, hic e. g. Auri purissimi ad *Aquam ex Puteo Fori Palæopolitani*, quam in experimentis praesentibus semper adhibuimus, quæ proportio tanta est quanta inter $17\frac{1}{2}$ & r. h. e. selsuioctodecupla. Idem de argento, cupro, ferro & subsequentibus corporibus tenendum. Inferius autem post oculos *Cancri gentinios*, etiam corruptos & excisos, circa quos haec tenus controversia agitata fuit, hydrostaticè examinare placuit, ut sic genuina differentia emergeret.

E 2

Et

Et apparet cuilibet, corruptos quidem majorem proportionem habere ad aquam quam genuinos. Dùm isti se habent ut $2\frac{1}{2} : \frac{2}{3}$ ad 1. hi ut $1\frac{2}{3} : \frac{7}{8}$ ad 1. Et sic ratione substantiae & texturae ad Cornu Cervi usum potius, cuius proportio ad aquam, ut $2\frac{1}{2} : 1$ isti ferè congruit, accedere, manifestumque fieri, esse eosdem Thibus & particulis volatilibus levioribus privatos & quacunque ratione, sole, aquâ aut igne alteratos & corruptos.

Tabula II. Corporum solutorum seu solutionum gravitates exhibit, & columnâ 1. quidem notat differentias Crystalli 36. gran. seu quantum in singulis solutionibus & menstruis ad corpora solvenda usurpati & inferius in eadem columnâ 1. annotatis ratione ponderis minus quam in aëre habuerit. Unde ex minori vel majori differentia solutionis minor vel major gravitas elucescat; Ut ex prob. 1. patet. Sic quia crystallus 36. grana in aëre pendens, in auri per aquam regiam factâ solutione differentiam $17\frac{1}{3}$ granorum, (adeoque $18\frac{1}{3}$ grana tantum) in aquâ regia sola ante solutionem verò differentiam $16\frac{1}{2}\frac{7}{8}$ habuit; si minor differentia $16\frac{1}{2}\frac{7}{8}$ menstrui, à majori $17\frac{1}{3}$ solutionis subtrahatur, residuum $\frac{7}{8}$ in Columnâ 2. notatum dabit differentiam ponderis inter menstruum & solutionem, hic inter aquam regiam & auri solutionem. Quia verò solutio auctam gravitatem non aliunde quam à soluto auro obtinuit, sequitur quam clarissimè, quod in tantâ aquæ regie mole, cuius molis & magnitudinis crystallus 36. granorum est, seu quod idem, in $16\frac{1}{2}\frac{7}{8}$ granis aquæ regia, $\frac{7}{8}$ grana auri soluta sint. Et per consequens in $17\frac{1}{3}$ granis aquæ fortis $1\frac{1}{8}$ gran. argenti cupellati, itemque $1\frac{1}{2}$ gran. cupri, & $5\frac{1}{2}$ argenti vivi &c. in $13\frac{1}{3}$ granis aceti destillati verò $\frac{1}{2}$ gr. corall. rubr. aut $\frac{1}{2}$ gr. Oculorum Canceris soluta fuerunt; in nostris tamen experimentis saltem, cum hisce specie & numero menstruis factis, non in genere, quia menstrua multum variant, & quod acriora eò plus solvunt, quod probè notandum. Si verò quis curiosius adhuc in hæc inquirere velit, ex datâ proportione ducto calculo, $\frac{1}{2}$ gran. auri in grano uno seu gutta una aquæ regie solutam hærente reperiet & sic in ceteris. Ex quibus experimentis utilissima hæc & jucundissima sequitur cognitio: nosle scilicet, cui metallorum aut corporum menstruum hoc aut illud magis minusq; accommodatum & specificum sit, isti scilicet, de quo plus r̄solvit juxta

Concl. I. Theor. IV. Et quia ex Columnâ 2. Tabula II. patet, in eadem

quan-

quantitate aquæ fortis de hydrargo plurimum nempe $5\frac{1}{2}$ grana, de argento vero minimum (stanno & plumbo exceptis, quā de re relegatur *Probl. VI & VII.* hujus) esse solutum; aqua fortis prīmō quidem hydrargyram, hinc marcasitam, tertio ferrum, quartō cuprum, quintō argentum aggredi & resolvēre. Unde porrō juxta *Concl. I. Theor. XI* propter majorem pororum & partium respectu menstrui convenientiam sequitur, argentum per cuprum, (uti Aurifabri faciunt) cuprum rursus per ferrum (uti in *Probl. IV.* hujus factum) ferrum per marcasitam, marcasitam per mercurium (uti experientia testatur) præcipitari posse. In *Columna 3.* proportio solutionum & menstruorum ad crystallum notatur si enim singulas solutionum & menstruorum differentias per 36. gr. seu pondus crystalli adhibit dividat, ut quotiens ad 1, sic solutio se habebit ad crystallum juxta *Probl. I.* hujus. Ut autem ēdū facilius & clarius proportiones dictæ concipi possint, fractiones ad communem denominationem redactæ sunt. Si vero cuiquam fractionum doctrina incognita aut difficilis sit, poterit facile numeros integros, in eādem planè proportionē fractionibus substituere; si cujuslibet fractionis Numeratorem pro solutione, Denominatorem pro crystallo accipiat. Eadem enim (ē regione auri) inter $1\frac{7}{2}\frac{3}{5}$ & 1. est ratio, qua inter $17\frac{1}{2}$ (Numeratorem) & 360. (denominatorem), prout illi qui in arithmeticis versati sunt notum est. *Tabula III.* tandem *Corporum præcipitatorum gravitates proponens*, in *Columna 1.* magisteria in aëre appensa notat. In *Columna 2.* differentiae eorum in aqua consignantur. In *Columna 3.* proportiones eorum ad aquam ex ponderibus in aëre per differentias divisis resultantes notatae existant. Quæ ipsæ proportiones Magisteriorum, cum proportionibus corporum integrorum *Tabule I.* collate ostendunt differentiam inter corpora integra & præcipitata v. g. Aurum integrum non solutum ad aquam se habet ut $17\frac{1}{2}$ ad 1. magisterium ejus ad eandem ipsam aquam, ut $3\frac{8}{5}\frac{1}{3}$. Erit ergo inter aurum non solutum & præcipitatum ratio ea, quæ est inter $17\frac{1}{2}$ & $3\frac{8}{5}\frac{1}{3}$ hoc est quintupla ferè, minus $\frac{1}{40}$. Et sic in ceteris magisteriis. Facit hæc imminuta per solutionem & præcipitationem gravitas (1) ad hoc, ut veritas *Hypothesos II.* hujus, oculari demonstratione corroboretur. Nam aurum præcipitatum aurum est verum, quia reduci potest in perfectum aurum, ejusdem ferè (ferè dieo, quia hinc & inde in solutione præcipitatione & edulcoratione minutis quædam perduntur) ponderis;

& tamen factum est quinques levius. Unde hoc? fortè quia levius ipsi admixtum est, nempe salia nitri, Armoniaci & Tartari ex menstruo & præcipitante, quæ summa quamvis cura adhibeatur, nisi per fusionem, separari nequeunt. Sed dicta salia præstare hoc non possunt, alias enim (a) quinques leviora esse deberent ipsâ aquâ, quod falso, sunt enim contrâ aliquoties graviora. (b) Posito hoc etiam; ad 3j admixta esse deberent, quod pariter falso, cum in 3j aurî fulminantis vix 3. aut 5. grana adesse possint. Ergo manet, texturæ mutationem mediante menstrual & præcipitante factam gravitatem specificam immutasse. q. e. d. Ex quo porrò (c) sequitur: quo levius factum est magisterium respectu corporis nondum soluti, cò intimus essi solutum. Sic quia stannum & plumbum in aceto destillato soluta & rursus præcipitata minorem proportionem habent ad aquam, quam si in aquâ forti soluta sint, uti ex Columnâ 3.

Tabula III. in fine patet. Dùm isto modo factum magisterium stanni ad aquam se habet ut $3\frac{6}{7}$ ad 1. Plumbum ut $4\frac{1}{2}$ ad 1. Hoc modo verò preparata stannum quidem $3\frac{2}{7}$ ad 1. Plumbum $5\frac{15}{17}$ ad 1.; ista magisteria his subtiliora & meliora esse, nemo facile negaverit. Et quamvis plurime adhuc utilitates ex hisce experimentis & tabulis in Pharmaceuticam & Praxiu fluant, præsertim verò controversia illa quâ disquiritur, *an magisteria mera calces inutiles sint nec ne?* (cujus negativam partem tucor) quâm solidissimè exinde decidi possit: interim tamen, quia præter intentionem opus sub manibus crescit, & facile à sagacioribus responsio ex dictis hauriri possit, cum animus non sit hoc capite de magisteriorum usu medico disquirere, sed modum & rationes hydrostaticas eadem conficiendi saltem reddere, hæc indicasse sufficiat.

CAPUT IV.

COROLLARIA QUÆDAM DE USU SOLUTI- NUM ET PRÆCIPITATIONUM TRADENS.

*Coroll. I. Ilsum solutionis & Precipitationis in Medicinâ
& Physicâ demonstrans.*

Sicut in civili vitâ illæ actiones omnium præstantissimæ habentur, quæ non honestæ solum sunt & jucundæ, sed ingentibus simul commodis Rem-

Rempublicam afficiunt; Nolim ego Terræ aut Mundi arenulas cum Archimedē, Oceani guttulas cum alio quodam numerare, ne nudis speculatio-
nibus temerè occupatus, injurius in Rempublicam Literariam esse videar.
Eam igitur Veram appellavero Philosophiam, quæ realis est, eam scien-
tiarum omnium excellentissimam, qua quot Conclusiones, tot utilitatum
format syllogismos! Et quorsum solutionum & præcipitationum abstru-
fissima Contemplatio, praxis jucundissima? si scaturiginis instar omnes
scientias & artes tot commodorum rivulis non irrigaret, imò inundaret?
Mibi certè, uti in Procemio jam memini, tamen utilis earum videtur
cognitio, ut, de Medicinâ Physicâ & Chymia nil dicam, quæcunque ars
liberalis sine dispendio eâ excidere non possit. In id itaque præsenti
capite incumberemus, ut præcipuos usus solutionum & præcipitationum,
quibus cæteras scientias & artes maestant, luculenter, brevibus tamen,
ab ipsâ Medicinâ exordium facientes, explicemus. Cùm verò hæc ipsa
plurimas sub se partes complectatur & membra, singula seorsim per-
lustrare juvat. Et in PHYSIOLoGIA quidem quem non usum prestat
solutio? illis præsertim, qui Concoctionem ciborum non mediante
calore innato ventriculi, sed liquoris, à langvine per arterias advepto in
glandulis secreti & menstrui seu fermenti nomine insigniti ope peragi-
norunt. Hinc concludunt, afluxorum partes, menstruo aquo-salino,
potu & juseculis diluto, & mucilaginosas quidem salinasque maximè, hinc
pingues & oleosas, juxta Defin. 6. & 8., præsertim quia mediante masti-
catione cibi solvendi contriti jam sunt & comminuti, juxta Axioma IV.
extrihi, & in poros menstrui recipi, juxta Theor. III. Hancque ex-
tractionem seu digestionem ab actuali ventriculi & adjacentium partium
calore, nec non musculorum abdominis, diaphragmatis, aortæ, ventriculi,
intestinorum totiusque corporis motu conquisitatorio quasi per Theor. II.
multum juvari, & quidem juxta Theorema V. nunc cum nunc sine fer-
mentatione & effervescentiâ flatibusque, ratione ingestorum paucio aut
copioso aëre scatentium: quâ de re pluribus in Dissertatione de Æsthere
& aëre Chyli, Coloremque assumptorum mutari in cineritium & subalbi-
cantem per Consectar. Theor. VII. Ubi verò Cibus concoctus seu
Chymus ex ventriculo in Duodenum exoneratur, admixtione bilis &
succii pancreatici, succorum maximè contrariorum, per Theor. XI. ejusq;
consectaria, texturæ immutationem & præcipitationem insequi debere,
quis non videt; Non omnium tamen solutarum partium, sed seculen-
tarum

tarum & nutritioni ineptarum saltem ; idque duplii præcipitante juxta
Theor. XIII. , acido pancreatis & alcalino hepatis. Qui Chylus liquore
intestinali dilutus magis, & per poros lacteorum, & glandulas mesenterii,
Aselliique pancreas præsertim quasi filtratus & depuratus, inque ductu
Thoracico lymphâ refluxente datus , venæque subclavizæ infusus, ubi san-
givini confunditur , novas solutionis & præcipitationis vices , mediante
fermentatione , quæ nihil est aliud , quam aptarum partium solutio &
ineptarum præcipitatio , subit. Ibi porrò explicare quis facile potest ex
Theor. II. & VII. unde coloris albi loco , rubrum induat ; & ex Theor.
XI. unde tam diversorum liquorum in Cerebro , hepate , liene , pancreate ,
ventriculo , renibus , testiculis &c fiat secrecio , mediante scilicet singulari
partium dictarum fermento , sanguivini affluenti admixto , & dictos liquoros ,
quam tamen meam opinionem non facio , præcipitante. Nutritionis
pariter doctrina , qui clarius , quam per modum I. Theor. XI. exponi
potest? sicut enim , exhalante aquâ lixivii , salia , ob pororum defectum
per crystallisationem & coagulationem præcipitantur , vasorumque late-
ribus aut bacillis , ut in sacchari candi aut Nitri crystallisatione , intrusis
accrescent : sic sanguinis chylosæ & glutinosæ partes , exhalante partim
per cutis poros sub formâ vaporis & sudoris , partim in lymphaticas &
sanguineas venas refluxente lymphâ & fero , sibi mutuo nubentes , fibris
carneis , osseis , membranaceis , & quibuscumque aliis , tanquam totidem
bacillis & staminibus agglutinantur ; Unde dimensionum augmentatio
h.e. nutritio. Quod negotium cum fusis in Dissertatione de Circula-
tione Chyli , jam parata , petractaverimus , hec innuisse sufficiant. In
PATHOLOGIA autem quam latissimus sese utilitatis campus aperit?
Sitis intensa unde quam à salium falsorum ex salivâ & lymphâ præcipi-
tatorum & coagulatorum , seu ob penuriam seu laxitatem pororum , fero
à nimio calore inductas , juxta modum I. & III. Theor. XI. vellicatione
& puncturâ? Unde Chylosis depravata seu cacockylia? quam , cum contra
Axioma IV. masticatione læsa , nulla ciborum fit comminutio ; aut cibi
menstruо ventriculi incongrui minusque solubiles assumuntur : vel
quando ipsum ventriculi fermentum peccans , cibos assuetos & congruos
non ritè resolvit , contrâ Theor. IV. Ructuum & flatuum tormentumque
causa & demonstratio juxta Theor. V. & XII. à fermentatione & effer-
vescentiâ solutionem in ventriculo , præcipitationem in intestinis comi-
tantibus deducuntur. Sangvificatio læsa itidem ex doctrinâ nostrâ
illu-

illucescit, dum chylus sanguini admixtus inassimilabilis & dissimilis, h. e.
insolubilis, crudus, gravis, viscidusque, per subsidentiam gravitate pro-
priæ in vasis & viscib[us] precipitatus, obstrunctiones, dolores, tumores,
calculos & cachexias infert. Aut dum in duodeno bilis cum succo pan-
creatico, præter naturam pure alcalia & pure acida facta, juxta Theor.
XII. effervescent & præcipitantur, Colicam, Diarrheam, Dysenteriam,
obstrunctiones, phlogoses & quam non pessimorum symptomatum seriem
inducentia; nec non ipse sanguis ob Discrasiam biliosam aut pituitosam,
effervescentias calidas frigidaque juxta Theor. *VI.* h. e. Febres continuas
& intermittentes, itemq[ue] ob præcipitationes effervescentias tales comitari
solitas obstrunctiones, indurations, scierhos, hydroperas, calculos, aliasq[ue]
morbos chronicos (februm male curatarum certissimos comites) in-
vehit: saliaq[ue] volatilia massa sanguinæ, h. e. Spiritus vitales & animales,
in cachexiis & febribus paroxismis, ob vitiosas præcipitationes & coagu-
lationes, aut crassiores & fixiores ob terrestres partes præcipitatas, aut
acriores & falsiores ob acidorum fixorum connubium & coagulationes,
redditi, & in totidem cuneos & lanceolas redacti, dum fibras, nervos,
membranas pungunt, findunt, scindunt, lancingant, dissolvunt; unde
dolores, inflammationes, ulcera, arthritis scorbutica, Convulsiones,
Spasmi, Paralyses, Syncopes, Apoplexiæ, Epilepsia, Deliria & qua non
innumera mala insequuntur? SEMIOTICA tertio, seu sanguinem
emisum, ejusdemque seri aut subitam aut nullam planè à parte rubra
secessionem & præcipitationem, nec non seri ad cæteram substantiam
quantitatem, pondus, subtilitatem, fluiditatem, viscositatem; seu urinam
& ejus contentam, cum aut immutata manet, aut citius vel tardius, per-
fectè aut imperfectè sursum deorsum præcipitatur, & præcipitata nunc
multa nunc pauca, alba, rubra, nigra, acria existunt; dum, inquam,
hæc omnia accuratis considerat & expendit: quanta quæsò subsidia ad
solidum de talibus judicium ferendum, à solutionis & præcipitationis,
Hydrostatica præsertim doctrinâ ipsi non feruntur? Certè si quis hujus
sit ignarus, ne ipsa quidem per os & alvum excreta, colorem & consisten-
tiā, ratione diversæ chyli bilis & succi pancreatici solutionis & præcipi-
tationis, mutantia dignoscere & dijudicare exactè poterit. Sequitur
METHODUS MEDENDI ET IPSA PRAXIS. Quam fusissimam &
controversiarum, ægrorum cum dispendio plenissimam, abstrusissimamq[ue]
scientiam; totam tamen duabus hisce Indicationibus (Evacuationes
F de-

debitas si excipias) *Solve & Præcipita*, contineri non citrā veritatem dixerim. Enimverò, serum sanguinis (humidum radicale Veterum) unicum illud insipidum & universale menstruum in regno Animali esse mihi videtur, quod ratione diversorum salium & sulphurum solutorum, diversum quoque & particulare, uti bilis est, succus Pancreatis, Ventriculi, intestinorum, lienis, lymphaticorum, cerebri, nervorum &c. existens, omnis generis ex animalibus & vegetabilibus, quibusdam etiam mineralibus, ad animale corpus constituendum & nutriendum necessariis & congrua particulas resolvere est aptissimum. Quamdiu hæc tam diversorum corporum solutio bene se habet, h. e. quamdiu textura, crasis & temperies sanguinis (qui nihil aliud est quam seruia seu lympha omnigenis salinis, sulphureis & terrestribus, colore, figurâ, consistentiâ differentibus, & ad conservandum animal necessariis saturata. Ut *Tinctura Bzoardica*, menstruum sulphuricum, nemp̄ spiritus vini, tot radicum, herbarum, aromatum &c. resini & partibus imprægnatum) bene se habet, ita, ut omnia debitè soluta, unum mixtum constituant. Circulatio quoque ejus unâ cum motu vitali & intestino, quo omnia fluida juxta *Axioma II.* hujus gaudent, verbo, ipsa vita erit felicissima. Quamprimum verò ob quamcunque causam insolitum quid, quod insolubile & inassimilabile, seu, quod clarius, seri poris incongruum est, ipsis admisceatur; texturâ & crasi mutatâ, juxta *Theor. XI.* turbabitur, præcipitatibus, ipsaq; vita periclitabitur. Hæc turbæ, hi motus si mites sint & mediocres saltem, facile compescuntur, dum ipsâ hæc præternaturali ebullitione, quam Febrem dicimus, uti in fermentatione vini fieri solet, heterogena præcipitantur & per excretoria foras eliminantur. Ut in iis, qui, errore diætæ, chylum crudum & non debitè coctum sanguini communicant tales turbas & febries insultus, auctasque præter naturam fermentationes in sanguine experimur; quæ omnia tamen post unum alterumq; paroxysmum, solutis scilicet incongruis quibusdam, præcipitatis verò plane incongruis, & per excretoria, urinam præsertim & sudorem, uti experientia testatur, eliminatis cessant. Tunc enim, sicut præcipitatione absolutâ, solutio clara & limpida remanet, ipse quoque sanguis subtilis & homogeneus evadit, quamvis à priori temperie ante morbum multum differat. Unde quæ optimè temperemotorum post superatos morbos inversio & immutatio deduci valet, dum communiter dicimus: *Meine Natur hat sich nach der Krankheit ganz verändert.* Si autem admixtum hete-

heterogeneum sanguinis texturam adeo turbet & resolvat, ut natura seu
motus sanguinis sibi soli relictus, aut medicamentis debitibus adjutus, eam
restituere, & materiam peccantem criticè evacuare nequeat, ut in febribus
malignis, peste, phthisi confirmata, Apoplexiā &c., motu humorum
turbato & delecto, vita quoque deletur. Si autem hoc, quis non videt,
Medici, Naturæ ministri officium esse, omnem lapidem movere, ut san-
gvinis solutio seu textura bene se habeat & conservetur: turbata vero
per talia, quæ cruditates sanguini admixtas aut resolvant, & ut sanguini
iterum miseri possint aptas reddant, aut miseri ineptas præcipitent, &
per excretoria convenientia eliminent. Hunc ad finem tendunt omnia
medicamenta spirituola & volatilia, aperitiva omnia, nec non decocta &
infusa, pro resolvendo & diluendo sanguine. Hinc præcipitantia, purgantia
diuretica, diaphoretica & sudorifera. Quorum genuinus usus & specialis
ad individua applicatio iis solum cognitus est, quibus solutionis & præ-
cipitationis doctrina non est incognita. Reliqui, scientiæ hujus ignari,
dum Empiricorum instar, quæ proficia esse in genere perspecta sunt, sine
determinatione speciali, in medium proferunt, illas sibi querelas contra-
hunt, quas de similibus agit Excell. Ettmüllerus in *Disputatione de Uso*
& abuso Præcipitantium. Nesciunt enim, quale resolvens & præcipi-
tans propinandum, quibus haec aut istæ sanguinis particulae peccantes, aut
in ordinem redigenda aut submovenda sunt. Atque haec in genere de
Uso medico Theoretico & Practico dicta sufficiant. In PHYSICA vero
solutionis & præcipitationis cognitionem utramque paginam facere quis
dubitaverit? Laterent certè hanc in diem usque genuina rerum principia,
& sub communi quatuor Elementorum notione ignis quoque & aëris,
at quam ridiculè? partem mixti constituerent. Dùm multò aliter edocti,
non in elementa Peripatheticorum, sed alia simpliciora longè corpora,
quæcunque mixta resolvi novimus. Unde autem haec, nisi ex singulari
Analyseos seu solutionis & resolutionis doctrina? Porro, quid magis
colorum abstrusissimam scientiam illustrat, & Gordium Controversiarum
nodum disrumpit, nisi ipsa solutio & præcipitatio. Haec sola siquidem
perfectissima methodus est, colorum differentias, intentiones, depres-
siones, transmutationes, verbo, omnes eorum affectiones oculariter
detegendi & solidè demonstrandi. Utli curiosus quisque in *Tentamine de*
Coloribus Illustr Boyle factum animadverteret. Fluit pariter ex solutionis
& præcipitationis cognitione tota generationis Animalium, Vegetabilium
&

& mineralium, Incrementi item & augmentationis, item Putrefactionis Doctrina. Nec ocurrerit facile nobilis Controversia, aut utile Experimentum in Physicā, cui solutio non ancilletur & præcipitatio.

Corollarium II. Usus Solutionis & Præcipitationis in Pharmaceutica, Chymia, Alchymia, Docimisia & Metallurgica proponens.

DE PHARMACEUTICA ET CHYMA res est in vado, hic enim tanquam genuinā sede prognata, quid boni non scaturiunt solutio & præcipitatio? Videas hinc tot Essentiarum, Extractorum, Tincturarum, Solutionum, Lixiviorum, Resinarum, Balsamorum, Elixirium; Calcium item, magisteriorum, præcipitatorum & quorum non medicamentorum non copiosam solummodo sed & nimiam farraginem; cui aliis fundamento quam solutioni & præcipitationi superstructam? Ubi quidem notandum, longè præstantiora medicamenta exsutura, nec adeò multos errores in præparatione commissum iri, si, ea qui præparant, debita solvendi & præcipitandi methodo instruti, & menstruorum & solvendorum, nec non præcipitantum pleniorem habent cognitionem. Exemplis negotium illustrabimus. Præscripta sint à medico quodam species, ex herbis, radicibus, mucilaginosis aliis, aliis resinosis; floribus, seminibus, gummatibus, aromatibus &c. pro essentiā quādam exinde parandā. Pharmacopæus, seu spiritum vini rectificatissimum, seu phlegmate adhuc scatentem speciebus superfundat, utroque modo Medicum faltet. Enim verò, rectificatissimum spirituum vini si sumat, quia pīxta Definit. VII. Sulphureum menstruum est, resinosas partes solummodo & oleosas aromaticas extrahet; macilaginosas verò salinas & terrestriores intactas relinet. Si alium, quia juxta Defin. VI. mucilaginosis & salinis corpusculis extrahendis magis idoneus est, plurima resinosa & oleosa integra remanebunt. Hæc perpendens, radices resinosas cum aromatibus & gummatibus separatim in spiritu vini rectificatissimo, cetera verò ingredientia in aquosiori vini spiritu l. a. extracta, & extracta invicem permiscebit, ut essentia multè præstantior quam alias exsurgat. Simile quid in præparatione Elixiris Proprietatis seu Paracelsi seu fine acido, monendum occurrit. Quamvis ibi quidem spiritum sulphuris aut vitrioli &c. hic Sal Tartari aut Nitri, corumque solutiones pro accendo menstruo speciebus assundas, si tamen Myrrham, aloen

aloen & Crocum simul in spiritu vini infundas, perdes utique medicamentum. Quia juxta Theor. IV. ejusque Consecarium, spiritus vini cum Croco & aloë majorem ratione pororum & partium habet convenientiam, quam cum Myrrâ. uti experientia testatur; de croco plurimum, minus de Aloë, minimum de Myrrâ extrahet. Quare singula seorsim, preparata tamen & reclusa, aut solo spiritu vini, aut singulari destillato phlegmate pro alio scopo, i. a. extracta commisceo, & medicamentum majorum longè virtutum præ communi obtineo. Ex inscitâ præcipitantium quoque sit, quod medicamenta sese mutuò præcipitantia que vel sanis, nedum ægris, solo aspectu horrida, nauseabunda & verè mixtura feculentissimæ apparent; simulq; quia tota utriusq; medicamenti textura juxta Theor. XI. & XIV. mutata est, virtute d. bitâ spoliata sunt, præ scribantur. Nunquam cordatus & qui præcipitantium naturam callet, tales feculas, sed gustui quamvis & odori subiride ingrata visu tamè amœnissima & gratissima medicamenta ægris suis propinabit. Similem præcipitationem Tinctura Opii aut essentia anodyna in largâ quantitate lassis quibuscunq; præsertim acidis combinata tentare solet, quod notandum. In ALCHYMIA verò vel solum Spagyricorum antiquissimum Symbolum, quod totum Lapidis Philosophici negotium & laborem exhaustire dicitur, & his verbis, Solve & Coagula, comprehenditur, sententiam nostram confirmat. Quid enim faciunt aliud, quam ut purum ab impuro, homogeneum ab heterogeno, terram virginem à damnatâ, benedictionem à maledictione, uti loquuntur, separant, & separata combinent coagulent atque perficiant? Et quia abstrusum hocce opus illotis manibus à quam plurimis, h. e. sine perfectâ Chymia, solutionis & præcipitationis præsertim cognitione, tractatur; quid mirum, si carbonarii tales & cinciones, non Dianam sed ranam, fumum non aurum captent. SPAGYRICA verò METALLURGICA & DOCIMASTICA Ars, sive metallicas partes à terrestribus, Salium & Saturni beneficio, ex mineralis in regulos præcipitet, sive ex obtentis jam regulis, mixtis tamen utplurimum & ex diversis metallis compositis, unum ab alio, nobile ab ignobili, Aurum v. g. ab argento, argentum à cupro; plumbum item, stannum, ferrum ab aliis metallis separat, quid aliud, prout excellentissimæ hujus Artis gnari norunt, quam solvendum & præcipitandum esse docet & clamitat?

*Corollarium III. Usu[m] Solutionis & Precipitationis in ceteris
Artibus Liberalibus, Mechanicis & Vilioribus quibuscumque
demonstrans.*

A PICTORIA ARTE initium facientes, nunquam eam ad tantam colorum varietatem & pulchritudinem tantamque perfectionis gloriam evectam cerneremus; nisi solutionum & præcipitationum beneficio, tot Laccarum (quo nomine præcipitata & insipissata herbarum & lignorum succulenta pigmenta ipsis veniunt) genera præparare & juxta Theor. VII. Conseq[ue]ntia. variâ commixtione colorum gratiam intendere & obscurare didicisset! TINCTORIA verò Ars seu INFECTORIA nihil est aliud, quam mera solutio & præcipitatio. Fundamentum ipsius salia sunt & metallorum mineraliumq[ue], ex Jove præprimis, artificiosa præcipitata. Quibus vegetabilium decocta aut solutiones, lege artis adeò transmutantur, & ad libitum colorantur, ut colorum numerum, quibus Sericum, Lana, Linum, Pelles, Pili, Ossa, Cornua, ligna &c. inficiuntur, inire sit impossibile. Cui cognata videtur illa ars, quæ tam hominum cutem à sordibus, impetigine, lentagine &c. purgare, & præstantissimis *cosmetici* aspectui jucundissimam sistere; quam animalium vivorum, equorum præsertim & canum pelles variegare & maculas ingratas abstergere & delere valet. Nec non illa, quæ infectis jam alium colorem superinducere, aut sordes panno & holosoerio &c. adspersas expungere & vestimenta conspurcata pristino nitoris restituere docet. Unde autem hæc omnia, nisi à solutione & præcipitatione? AURIFABRI certè nec deaurare valerent, nisi aurum amalgamando solvere scirent: nec aurum ab argento separare & separatum in cupræ patinâ reducere, nisi aliud auro aliud argento menstruura accommodatius esse, ex Theor. IV. & argentum cupro immerso præcipitari, juxta Theor. XI. Conseq[ue]ntia. callerent. Steriliores quoque & obscuriores jacerent MATHEMATICÆ, MECHANICÆ ET PHYSICÆ, CÆTERÆQUE DISCIPLINÆ QUAMPLURIMÆ, nec tanto instrumentorum numero, mappisque & Iconismis affluerent: nisi CÆLATORIÆ ARTIS difficultatem & pretium, stylo sculptorio, aquam fortè aut aliud quocunque menstruum corrodens substituendo, sustulisset & mitigasset solutionis scientia. ZYTOPEPTÆ pariter potum clarum semper minusque feculentum coquere, lendum & turbidum præcipitando defecare, acidum & amarum nimis corrigere valerent magis, si
so u-

solutionis & præcipitationis scientiâ imbuti essent. Et unde SARMEN-
TATORES , LIXIVIATORS ET SALIFICATORES , tot salium
genera, usui humano tam necessaria, utpote Sal commune, Saccharum,
Nitrum, Alumen, Vitriolum, Ammoniacum, Cinerum Clavellatorum
&c. extrahere, coquere & depurare possent, si juxta *Defin. VI.* aquae
menstruis uti, & juxta *Theor. XI. modum I.* Evaporationis ope crystalli-
fando eadem præcipitare nescirent? Vilissima certè, prout videtur, ars
vitra conspurcata & impura (in Chymicorum laboratoriis præsertim)
nec non metallica vasa, utensilia pariter ac nitor ac decori dicata, squa-
lida & deturpata purgandi, restituendi & renovandi, à solutionis &
menstruorum congruentium cognitione dependet. Et quamvis, pro-
missorum memor, multa paucis complexus fuerint, tantum tamen abest,
ut omnem, quam solutio & præcipitatio scaturit, ulum exhauserim,
quin potius maxima adhuc dicendorum pars restet, artesque mechanicae,
liberales & illiberales vix non omnes, si quid aliud, certè solutionis &
præcipitationis cognitionem tanquam pretiosissimum thesaurum, quo
destituta pauperaserent & vileserent, tanti faciant, ut cum quovis in
æstimabili pretio eandem non divendant aut permutent. Hæc itaque in
præsens sufficiant. Plura aliquando, hic brevitatis studio prætermissa,
bono cum Deo, in Dissert. DE METALLORUM AMALGAMA-
TIONIBUS ET VEGETATIONIBUS.

THESES.

I.

MEtalla arte transmutari
posse, non absurdum vi-
detur.

II. O-

II.

Oleum Talci genuinum in
Metalla ingressum habere, non
dubitandum.

III.

Dantur & non dantur Mer-
curii Corporum.

IV.

Mercurius, sine additione,
perse, in certis quibusdam vitris
figi potest.



Ue 2632


ULB Halle
005 743 974




3

15 12

hc



Farbkarte #13



B.I.G.

I. N. J.
O HYDROSTATICO-
HYMICA,
DE
**IONE ET
ITATIONE,**
ublicarum Præteriti
stris materiâ,
infecuturæ
HYDROSTATICÆ
nis loco præmissa.
Quam
DIVINO NUMINE,
ONSENSU
ACULTATIS MEDICÆ,
ditorum Disquisitioni
submittunt
RÆSES
GOTTSCHED,
ent. & P.P. Extr.
ESPONDENS
BUCHNER, Vil. Lith.
KCV. d. Novembris,
TORIO MAJORI,
Antemeridianis.
Typis REUSNERIANIS.